In nomine Sancte & indiuidue trinitatis: Constitutionum editarum per Reuerendissimum Patrem & dnm. d. Egidium Epm Sabinensem. Apostolicæ sedis legatu: & dni Papæ Vicarium. Liber primus incipit.

Prohemium.

✠

VOlentes: sicut nobis cōmissi sollicitudo requirit officii: fideles Ecclesiæ sub debitis iuris ordinibus regulari: vt iustæ viuentes quieris cōmodo fruantur: & pacis, & appetitus noxius debitis correctiōibus arceatur. ¶ Nos Egidius miseratione diuina Sabineñ. eps Cardinalis, Apostolicæ sedis legatus, & prouinciarum, ac terrarum ecclesiæ in partibus Italiæ citra regnum Siciliæ consistentium, Vicarius generalis. Visa multitudine constitutionum officialium ac rectorum ecclesiæ in dictis prouinciis & terris, de quarum pluribus propter vetustatem earum primæui non reperiuntur auctores. Et q̄plurimis Romanorum Pontificum constitutionibus sub bulla transmissis: de quarum aliquibus propter negligentiam vtentium sunt originales bullæ deperditæ, & ipsis constitutionibus præmissis omnibus nostro mandato nobis hactenus præsentatis, & ex eis per nos & nōnullos iuris peritos & exptos viros, quos ad hæc vocauimus diligenter inspectis, & sæpe recensitis. Post multos labores vnum nouū volumen præsentium nostrarum constitutionū pro honore ecclesiæ fieri iussimus. In quo vtilibus inde repertis, inutilibus superuacuis: & cōtrariis resecatis, nouisq; iuribus ſm opportunitatem locorum & negociorum inuentis. Constitutiones æque honestæ omnes vtiles & portabiles digestæ, & cum omni mansuetudine continentur sub congruis ordinibus & titulis collocatæ, atq; distributæ per debitum ordinē in sex libros. In quorum primo continentur litteræ cōmissionum nobis factarū per Sūmum pontificem, quæ tangunt potestatem nostræ legatiōis & vicariatus, & circa ꝯstōnes edēdas. Deinde Constōnes papales: quas in dictis litteris inuenimus. Quarum aliquæ, licet de aliquibus prouinciis mentionem faciant, & de aliquibus non, tñ ipsas ad omnes prouincias & terras prædictæ ecclesiæ prorogamus. In secundo libro continentur constitutiones pertinētes ad rectores, & ad officiales pro ecclesia & iuribus publicis defendendis ac conseruandis. In tertio libro continentur constitutiones pertinētes ad officium rectoꝝ & iudicum super spiritualibus. In quarto constitutiones pertinētes ad correctionem maleficioꝝ, in quo cum lenitate pœnæ quasi in omnibus & singulis maleficiis, & nō nisi pauce cōmissæ arbitrio iudicātis. In quinto constitutiones pertinentes ad officium iudicis causarum ciuilium. In sexto & vltimo cōstitutiones pertinentes ad officium iudicum appellationū: & in hoc volumine nostra perfectio terminatur. Mādamus igitur ipsas constitutiones in præsenti libro contentas & volumine per oēs rectores: populos, officiales, & personas alias inuiolabiliter obseruari. Alias constitutiones quorumcunq; Rectorum & officialium dictarum prouinciarum & terrarum Ecclesiæ in dictis parlamentis eorūdē in hoc volumine non insertas cassantes & iuribus vacuantes.

¶ De cassatiōe officialiū & statutoꝝ factorum per terras pro vsurpanda cognitiōe appellationum, quæ pertinet ad ecclesiam & eius officiales. Rub. Prima.

VRbanus eps seruus seruoꝝ dei, ad certitudinē pn̄tium & memoriā futurorū. ¶ Quia oēs fere ciuitates, cunctaq; castra & alia loca patrimonii Beati Petri in Tuscia, & ducatus Spoleti prouinciæ Marchiæ, atq; aliæ plures terræ Ro-

Eccleſiæ cognitionẽ cauſaꝝ: appellationum ad ſedẽ apoſtolicã, & Rectores quos
in eiſdẽ patrimonio Ducatu & Marchia eadẽ eccleſia p̃ſtitit ſpãliter & plene per/
tinentes, & paucis tẽporibus retroactis vſurpare, ſibiq; vendicare, in manifeſtũ eiuſ/
dem ſedis p̃iudicium: ſibiq; conſtituere capitaneos, exgrauatores, aut priores: aut
quos cauſas hmõi appellationũ deuolui faciũt, & quædã iniqua cõdẽdo ſtatuta cõ/
tra illos qui ad p̃dictam ſedẽ, ſeu p̃dictæ ſedis rectores ꝓ quibuſdã ſuis cauſis accedũt,
& ſuper quibuſcũq; grauationibus aut iniuriis appellatiões emittant. Nos igiť q ſum
mi ſacerdotis cathedrã diuina diſpoſitiõe tenemus ad hæc ſpãliter poſt ſpũalium in
crementa bonoꝝ, q̃bus ꝓcuratiõe noſtra cõuertimus ſtudia, vt prædictæ eccleſiæ
iuriſditiones, & iura nobis exiſtẽte illo: cuius licet imeriti vices gerimus ad ius & ꝓ/
prietatẽ Ro. eccleſiæ reuocamus: volẽteſq; eidẽ ſedi contra temerarios ſuæ iuriſdi/
tionis nõ differẽda in hoc apoſtulica ſollicitudine in aliq̃bus ꝓuidere. Vniuerſis &
ſingulis Capitaneis, prioribus, exgrauatoribus, & aliis quocunq; noĩe cenſeanť au/
ctoritate apoſtolica firmiter inhibemus: ne a Kalẽdis Ianuarii ꝓxime futuri in poſte/
rum, quas eis terminũ perẽptoriũ aſſignamus in antea de cauſis appellationũ hmõi
cognoſcere: nec de ipſis ſe intromittere quoquomõ p̃ſumant, q ſecus p̃ſumpſerint:
nouerint, eoipſo excõis ſniæ, quam ex nũc in ipſos ꝓferimus, ſubiacere ſuis officiis
totaliter eẽ priuatos, ita ꝙ nullis tp̃ibus nũq̃ ad hmõi, vel quæcũq; alia officia in ter
ris eiuſdem eccleſiæ valeant reaſſumi. Et ſi ſecus p̃ſumptũ fuerit, ſit irritum vacuũ &
inane. Præcipimus quoq; peremptorie Capitaneis, Prioribus, exgrauatoribus, nec/
nõ vniuerſis Ptãtibus, Officialibus, Cõſiliariis ciuitatũ: caſtroꝝ, & locoꝝ ſub debito
fidelitatis, quo nobis & eccleſiæ Ro. tenenť, & ſingulis vniuerſitatibus ciuitatũ, cõ͂
tatum, caſtroꝝ, & terrarum ipſaꝝ ſub pœna mille marchaꝝ argenti, ꝙ ad p̃dictum
tp̃s oĩa ſtatuta hmõi de ſuis capitularibus & quaternis aboleant & abradãt nũq̃ futu
ris tp̃ibus reſumẽda. Nos. n. exnunc Capitaneos, exgrauatores, ptãtes, cõſiliarios ip/
ſorum infra dictũ terminũ, ſi nr̃um p̃ceptum nõ adimpleuerint, excõis vinculo in/
nodamus decernentes ipſos pœnas incurrere ſupradictas. Et inſuper eoſdẽ capitane
os, priores, cõitates patrimonii, ducatus, & aliaꝝ terraꝝ talia ſtatuta cõdere nõ attẽ
ptent. Et ſi ſecus attẽptauerint cõditores & ſcriptores ſtatutoꝝ hmõi: necnon Capi
tanei, priores, exgrauatores, judices, aduocati, tabelliones: cæteriq; obſeruantes illa
ſint excõicati, & ſuis officiis ſint priuati: & cõitas ipſa careat ptãte ꝯdẽdi ſtatuta,
& omni beneficio libertatis, ac quoquo mõ priuilegioꝝ quorũlibet a ſede apoſto/
lica ꝯceſſoꝝ. Aperte quoq; ꝓnunciamus, firmiterq; p̃cipimus, ꝙ cũ hmõi negociũ
quod eſt p̃dictæ eccleſiæ ꝓprium ſpãliter inſideat cordi noſtro: ſicut alias ꝯtra ciui/
tates p̃dictoꝝ Patrimonii & ducatus Spoleti, & aliaꝝ terraꝝ aduerſus perſonas quaſ
libet ꝯtra hmõi inhibitionẽ nr̃am temere veniẽtes & nr̃um nõ adimplentes in hac
parte p̃ceptum ſic dure & aſpere ſpũaliter et tp̃aliter ꝓcedemus, ꝙ pene poterũt qua
litatẽ cognoſcere q̃ temerariũ extitit & ſupbũ p̃ceptũ apl̃icũ nõ ſeruare. Datũ apud
vrbẽ veterẽ aũ cathedrã eccleſiaſticã die. xiiii. Decẽbris: põtificatus nr̃i ãno ſecũdo.

¶ De offendentibus occidentibus & obſidentibus Rectores, vel Theſaurarios, aut
alios officiales eorum vel eccleſiæ in Marchia, et concitantibus populum ad re
bellionem, ſeditionem, aut conſpirationem. Rub. II.

IOannes ep̃s ſeruus ſeruoꝝ Dei: ad perpetuã rei memoriã dieꝝ creſcẽte malitia,
ſicut vidimus mundum in deteriora iugiter ꝓlabi, ſic hoĩes mente aſſueta depra
uante nequitia malis paſſim cumulũ ſuperandi, vt et boni qui alias nõ auderent
virtutis amore delinquere: interdũ cũ peruerſis admiſci concurrere cũ illis illicitis
habeant, et in aptã malitiã ꝓſilire. Eſt igiť compeſcẽda maloꝝ audatia vt ſaltem pe
ne formidine retrahanť a noxiis. Sic boni ſectando virtutẽ, meliores effecti non co
ganť perire, cũ illis ſane vulgaris famæ notoriũ publicat: & longe lateq; ipſa iniurio
ſa tranſgreſſus euidẽtia manifeſtat, ꝙ nõnulli de Marchia Anconitanæ ꝓuincia no/
bis et eccleſiæ Ro. ſubiecta, nedũ olim tp̃ibus diuerſoꝝ p̃deceſſorũ nr̃orum Roma/
norũ Pontificũ greſſus fidelitatis egreſſi declinauerũt ad infideliatis reprobe deuia/
tum. Sed

tum. Sed & diebus non longe pteritis cõtra nos, & eãdẽ ecclesiã ac dilectum filium Aemiliũ ppositũ Belmõtis capellanũ nostrũ, puinciæ Memoratæ rectorẽ ceruicẽ rebellionis erigere psumpserunt, & in quosdã officiales & familiares suos crudeliter sæuientes post graues illatas iniurias & pbosas cõtumelias irrogatas eisdẽ, & post bona ipsorum violenta depredatione subtracta, eos crudete mortis suppliciis in ore gladii tradiderũt. Inter quos pars fuisse nõ modica, cui mens sanior inerat, & tantæ temeritatis egressus nõ leuiter displicebat, sed habuerunt vel inuicti furorꝫ ꝯfusæ multitudinis cedere, dũ illud nequiuerũt conatibus obuiare. Nos igit vt mali pœnarũ ipositionibus grauium perterriti vereãtur inantea in cõsimilis erroris vim relabi, ac boni psistentes infirma fidelitate ꝯstanter nõ habeant pp illorũ claudicare psidiã remediis, qbus possumus pcauere volẽtes, & aiarum saluti, dictæq; puinciæ pacifico statui paternis effectibus puidere cupientes de fratrum nostrorꝫ ꝯsilio hac ppetuo valitura constitutione sancimus, vt quicunq; de puincia vel ecclesia aliunde in eadem prouincia motam trahens, clericus vel laycus famæ suæ prodigus ipsius ecclesiæ calcata reuerentia in hoc sceleris genus irrepserit: q rectorem qui p tempore regimini dictæ prouinciæ in spiritualibus vel temporalibus auctoritate apostolica præsederit: vel ipsorꝫ aliquẽ, aut eorꝫ vel alicuius ipsorꝫ vicarium seu vicarios iudicẽ vel iudices, vel ipsius puinciæ thesaurarios, aut Locũtenentem eiusdẽ (quod absit) occiderit, aut offendendo illũ vel illos insecutus extiterit: cœperit, captiuauerit, detinuerit: percusserit: aut ẽt vulnerauerit, vel ipsorꝫ aliquem: vel alios in locum vbi morã traxerit, aut ipsum vel ipsos obsederit, siue de suo regimine vel officio forsan expulerit, vel fugauerit: vel socius fuerit facientis, aut illũ vel illos bonis aliquibus spoliauerit: vel puinciæ supradictæ, aut alicuius ciuitatis, castri vel loci de puincia ipsa populum vel vniuersitatẽ, aut aliquos ex eis, vel quosuis alios de puincia ipsa directe contra nos, & pfatam ecclesiã, seu rectorẽ officialem & Locũtenentẽ pdictos, vel ipsorꝫ aliquem ad seditionẽ quomodolibet excitabit, ac rebellionẽ seu ꝯspirationem per se vel aliũ: seu alios facere vel pcurare psumpserit, siue ipsorꝫ aliquẽ vel ad id dederit auxilium, ꝯsilium vel fauorem, directe vel idirecte, publice vel occulte, cuiuscũq; ꝯditionis aut ordinis, dignitatis aut status ecclesiastici vel mundani fuerit, etiã si patriarcali vel archiepali, seu epali vel supiori pfulgeat dignitate ppetuo sit infamis, ut nec ad testimoniũ vel alios actus legitimos admittat, sit intestabilis: ut nec testandi liberã habeat facultatẽ, nec ad alicuius bona ex testamẽto, vel ab intestato vocetur: Nullus ei sup quocunq; negocio rñdere, sed ipse aliis rñdere teneat, nec quæuis causæ ad audẽtiam pferant illius, nec valeant eius sniæ vel pcessus: nullus ei in quacũq; cã vel negocio patrociniũ pstare psumat, nec ipse ad patrociniũ alicuius admittat. Instrumenta cõfecta per eum: si forte tabellionatus officiũ exerceat, nullã habeãt firmitatem: sed potius cum auctore dãnato dãnẽtur. Dignitatibus psonalibus, officiis vel beneficiis ecclesiasticis vel mundanis quæ obtineret qũcunq; & quocũq; noie censeant, sit eoipso priuatus & inhabilis & indignus ad ea, & quelibet alia in posterum obtinenda. Filii eius ad nullos honores ecclesiasticos vel mũdanos ad nullam dignitatẽ uel beneficia ecclesiastica, aut officia publica qũolibet admittãtur. Libertatibus & imunitatibus realibus & psonalibus, priuilegiis & indulgentiis quibuscũq; sub quacunq; forma verborꝫ ab apostolica sede sibi ꝯcessis: extunc penitus careant. Vasalli & hoies a iuramento fidelitatis: & alia quauis obligatione qbus tenerent, idẽ sint penitus absoluti. Feuda quoq;, iura, honores: & alia quæcũq; officia: bona imobilia: quæ in dicta puincia Marchiæ, & alibi ubicunq; a pdicta Ro. ecclesia obtinerent, sint eo ipso penitus ꝯfiscata. Aliis uero feudis, iuribus, honoribus, officiis & bonis imobilibus quibuscunq; aliis ecclesiasticis quæ teneret, sit eo ipso priuatus, quæ sic ad easdẽ ecclesias libere reuertãtur, q de illis earꝫ rectores p sua voluntate disponant. Mobilia uero bona ipsis concedimus fidelibus occupanda, illud nihilominus adiicientes nostræ hmõi sanctioni, ut sic delinquentes excõis sniæ. Vniuersitas uero seu cõitas quæ deliquerit in prædictis, eiusq; territoriũ & districtus interdicto ecclesiastico subiaceat ipso facto. A qua quidem excõis snia nullus ab alio q̃ Ro. Põtifice possit absolutionis beneficium obtinere, nisi dũtaxat mortis articulo ꝯstitutus. Per

hoc aũt addimus secularibus Ptãtibus facultatẽ vtẽdi legibus aduersus sic delinquẽtes, quas catholici principes ediderũt. Dignum est.n. ut quos timor Dei a malo nõ reuocat, pœnarũ moles in eos adiecta compescat. Nulli ergo omnino hoium liceat hanc paginã nostræ sanctionis infringere, uel ei ausu temerario ꝯtraire. Siquis autẽ hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione octauo Kalendas Septembris. Pontificatus nostri anno tertio.

C De non elligendo Potestatẽ defensorem, dominũ: vel officialẽ in terris, vbi deberẽt deputari per ecclesiã nõ administrando ante ꝯfirmationem, firmatio pertinet ad ecclesiam. Rubrica Tertia.

IOannes epũs seruus seruorũ Dei: ad perpetuam rei memoriã Ecclesiæ Ro. suorũq; fidelium dispendia dissimulare nõ possumus, quin postq̃ nobis cognita fuerit aduersus ea opportunis remediis occurramus. Attẽdentes igiť grauia nocumenta quæ nõnullis ciuitatibus, terris: castris, & locis infra marchiã Anconæ, massam trabariam, terras sanctæ Agatæ, ciuitatẽ Vrbini & comitatus quondã ipsius ꝯstitutis eidem ecclesiæ imediate subiectis, & personis singularibus eorũ ex diuersorũ tam nobilium q̃ ẽt aliorũ vsurpato regimine ꝑuenerunt. Et volẽtes super hoc in posterũ eorũ dispẽdiis ꝑcauere oibus & singulis ciuitatibus: cõitatibus, seu vniuersitatibus & singularibus personis ciuitatũ, terrarũ, castrorũ, & locorũ infra Marchiam Anchonæ, Massam trabariam, terras sanctæ Agatæ, ciuitatem Vrbini & comitatus quõdã ipsius cõstitutis, in quibus videlicet nobis, seu qbusuis officialibus nostris ius cõpetit deputandi vel ꝯstituendi aut eligendi, seu ponendi ptãtes, capitaneos, dños, vel rectores, aut alios officiales quoslibet alios, nec ipsæ vel eorũ aliquæ per se vel alium, aut alios ptãtem, Capitaneum, dñm, rectorem, vel defensorem, seu quemcũq; alium officialem quocũq; noie censeať in ciuitatibus, terris: castris, & locis ꝑdictis, aut eorũ aliquo eligere, assumere: vocare, vel recipere retinere: aut iã ellecto vel assumpto, seu recepto vel vocato tãq̃ Potestti, Capitaneo, rectori: seu defensori vel officiali obedire quoquo modo ꝑsumãt. Nec aliter ellectus: vocatus: assumptus, receptus, seu nominatus hmõi potestariæ capitãeatus dominii vel rectoriæ seu defensoriæ, aut qũocũq; nois officium recipere: acceptare, assumere vel gerere: nisi de nostra apostolicæ sedis licentia: quomodolibet audeat, sed assumptum oimode dimittat. Vbi vero ad cõitates & vniuersitates seu singulares persouas ciuitatũ, terrarũ, & locorũ ꝑdictorum, vel eorũ aliquod ius competit eligẽdi ptãtem, capitaneum, dñm, vel rectorem seu officialem: & quemlibet alium qui per nos seu quosuis officiales nostros debeat seu cõsueuerit ꝯfirmari: ne ante debitam ꝯfirmationem obtentã, ipse vel earũ aliquæ sic electo tanq̃ ptãti seu capitaneo, rectori, vel defensori, aut officiali in qbusuis obediãt: nec taliter ellectus quousq; ꝯfirmationem habuerit vt ꝑferť hmõi potestariæ, capitaneatus, dominii: rectoriæ: vel defensoriæ, aut cuiusuis alterius nois officio se imisceᷓre vel aliud gerere seu exercere quouis modo ꝑsumant, auctoritate apostolica districtius inhibemus. Decernẽtes exnunc irritum, & inane qcqd contra hmõi inhibitiõis tenorem contingerit attemptari. Nulli ergo oino hoium liceat hanc paginam nr̃æ inhibitionis & ꝯstõnis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si qs aũt hoc attẽptare ꝑsumpserit indignationẽ oipotẽtis dei & beatorũ Petri & Pauli aplorũ eius se nouerit incursurũ. Datũ Auinione. viii. Idus Decẽbris. põtificatus nostri anno. iii.

C De nõ dicendo ius sibi ipsi & nõ faciẽdo guerrã nisi de licẽtia Rectoris, & nõ capiẽdo hoies vel ꝑdas: nec expellendo aliquẽ de domo ꝓpria. Rubrica. IIII.

IOannes epũs seruus seruorũ dei, ad certitudinẽ pñtium & memoriam futurorũ. Ad hoc dignosciť media inter discordes iustitia cõstituta, vt nemo dicere sibi ius audeat, nemo ipsius iustitiæ transgredi limites inordinata volũtate ꝑsumat. Sed quod sibi credit alter aduersus alterũ forte cõpetere, coram iudice iustitiæ rectitudine ꝑsequatur. Nouimus.n. ꝙ dierũ crescẽte malitia sit assueta nequitia malorũ

mentes

mẽtes hoium deprauant, ꝗ in aptam ꝓsilire violentiã nõ timẽtes, sæpius alter insur
git in alteꝝ, & alius quod aduersus alium æstimat se fortassis habere vius pacificis &
iuris ordine prætermissis violentis conatibus obtinere præsumit. Inter alios vero q
ad hoc feruenter inducunt indomita voluntate, nõnulli de nostra Marchiæ Anco/
næ ꝓuincia ad hmõi ꝓsilire conatus per motus effrenos & agiles nõ virentes ipsius
ꝓuinciæ statũ sæpe turbant pacificũ periculis in ea, nõ absq; dispendiis aiarum fideli
um stragibus, & bonoꝝ detrimentis inumeris scandalis suscitatis. Nos igit qui ꝓuin
ciam ipsam quadã singulari affectione diligimus, & tanq̃ recreationis nostræ pome
tium paternæ benignitatis oculis intuemur: cupientes vt turbationibus & scanda/
lis qbuscunq; remedii nostri oppositione subductis bonum pacis & cõcordiæ nõ
lædatur. Ac debitũ & ꝯgruum reputãtes, vt taliũ sic cõpescat audacia, ꝗ a violentiis
retrahantur. Vniuersis & singulis tam laycis q̃ clericis cuiuscunq; status, ordinis, vel
dignitatis existat. Comitibus quoq;, baronibus, ptãtibus, capitaneis, & aliis quibus/
cunq; officialibus & inferioris gradus personis, necnon cõitatibus, ac vniuersita/
tibus ciuitatũ, terraꝝ, castroꝝ, & aliorũ quorũcunq; locoꝝ in prædicta ꝓuincia ꝯsi/
stentiũ, auctoritate pñtium districtius inhibemus & mãdamus expresse ne ipsorũ ali
qs contra aliũ sibi ius dicere, aut guerrã: vel exercitũ, seu caualcatã, nisi de licẽtia Re
ctoris ꝓuinciæ supradictæ per se vel alios facere vel mouere per hostiles incursus seu
violentias occupare, inuadere, vel ẽt retinere: seu aliquẽ de domo ꝓpria, seu ciuita/
te: castro, vel loco: expellere, capere: seu tenere, siue ad vindictã vel vltionẽ aliquã ꝓ
silire, quauis cã vel occasione ꝓ̃sumat, sed qlibet ius suũ per viam iustitiæ corã cõpe
tenti iudice prosequatur. Nos. n. oẽs & singulos tam clericos q̃ laycos cõtra inhibi/
tionẽ & mandatum hmõi: postq̃ illa ad notitiã peruenerit eorũdem, vel per eos ste
terit quominus potuerit ꝑuenire facientes, nisi in casibus a iure ꝑmissis sñiam excõis
Et insuper eosdem clericos suspẽsionis pœnã incurrere, ac prædictorũ castra: terras,
loca, & cõitates: & uniuersitates prædictorum, si cõtra hmõi inhibitionẽ & mãdatũ
nostrum uenire præsumpserit, ac dictorũ clericorũ ecclesias, qui facere cõtra prædi
cta forsitan attẽptabũt interdicto ecclesiastico subiacere uolumus ipso facto: oẽsq; ꝓ̃
dictos & singulos oĩbus priuilegiis, indulgẽtiis, gratiis: libertatibus, & imunitatibus
realibus & personalibus, feudis: locationibus bonis: iuribus & honoribus: officiis: &
quibuscunq; concessionibus quæ a Ro Eccle. & a quibuscũq; aliis ecclesiis obtine/
re noscuntur, eoipso fore priuatos: & nihilominus oẽs & singulos comites, barro/
nes, nobiles, ptãtes, capitaneos: officiales, ac cõitates ꝓ̃dictas mille marcarũ argenti
& unãquamq; personarum ipsarum: quæ cõtra inhibitionem & mandatũ nřm fa/
cere uel uenire præsumant ducentorũ florenorũ auri, quã eo ipso incurrant pœna
mulctamus. Cõtra clericos prædictos ad priuationẽ oium beneficiorum ecclesiasti
corũ, dignitatũ ꝑsonarũ & officiorũ cũ cura uel sine cura quæ forsitan obtinerent,
ac reddimus eos inhabiles & indignos ad ea: & quælibet alia obtinenda in posterũ
ꝓcessuri. Nulli ergo oino hoium liceat hãc paginam nostræ inhibitionis, uolũtatis,
priuationis, & mulctatiõis infringere, uel ei ausu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc
attẽptare ꝓ̃sumpserit indignationẽ oipotentis dei & beatorũ Petri & Pauli aposto/
lorum eius se nouerit incursurũ. Datũ Auinioñ. decimo Kaleñ. Ianuarii anno sexto.

¶ De locationibus, arredationibus. & custodibus rerum: prouentuũ, & castellanio
rũ ecclesiæ, & de compositionibus, & de rectoribus, & thesaurariis: vt hẽant pu/
ras manus, & abstineant ab inhonestis lucris & negociatiõibus. Rub. V.

BEnedictus eps̃ seruus seruoꝝ dei, ad ꝑpetuam rei memoriã. Inter multas solli/
citudines nobis & apostolicæ sedis officio incũbentes. Ad hoc libenter intẽ/
dimus, & efficacẽ q̃ium cum Deo possumus, operam adhibemus, ut in terris
& ꝓuinciis nobis & Ecclesiæ ro. imediate subiectis regnet iustitia, rõnis equitas vi/
geat, quibusuis fraudibus & malitiis relegatis. Sane quia (sicut sæpe ꝓbatũ extitit ad
nostri apostolatus auditũ) inter rectores & thesaurarios in eisdem terris & ꝓuinciis
per sedem apostolicam deputatos rõne vel occasione reddituum & prouentuum

ad eandem Ro.ec.in eis terris & prouinciis ſpectantium plerũq; contemptiões, diſ/
ſenſiones & emulationes:non ſine ſcandalis & diſpendiis ſuſcitari contingũt. Nos
his obuiare:ac noſtris & eiuſdẽ eccleſiæ ꝓuidere circa hæc indẽnitatibus cupientes
ordinationes infraſcriptas deliberationes matura p̄uia faciẽdas ꝓuidimus,quas irre
fragabiliter in eiſdẽ terris & ꝓuinciis volumus & p̄cipimus in poſterũ obſeruari. In
primis qdem ordinamus ꝙ reddituũ & ꝓuẽtuũ p̄dictoꝝ arredatiõis & firmæ annis
ſingulis fiat tpibus debitis per rectorem & theſaurariũ cuiuſlibet ꝓuinciæ ſimul & cõ
corditer p̄cedentibus legitimis ſubaſtationibus,vt eſt moris quodq; ſine fraude cõ
cedant hmõi arredatiões & firmæ perſonis idoneis & fidelibus plus offerẽtibus:nõ
tñ fratribus,nepotibus:cõſanguineis,& familiaribus rectoris vel theſaurarii p̄dictoꝝ
ne per tales forſan ſubditos plus debito grauari contingat.Illi aũt qbus(vt p̄mittit)
tradent hmõi arredationes & firmæ cautiones p̄ſtẽt idoneas quæ ſe principalr obli
gẽt ꝓ oibus ad quæ poſſent principales teneri ſine rõne cõtractus vel delicti,ſeu alia
cã q̄cũq;.In p̄conizatiõibus vero & ſubaſtatiõibus p̄dictoꝝ inhibeat ſub pœnis gra
uibus,de qbus rectori & theſaurario ꝓuinciæ videbit expedire,ꝙ nullus cuiuſcunq;
ꝯditionis exiſtat aliquẽ vel aliquos,qui p̄dictos redditus & ꝓuentus,vel ipſorum ali
quos ad firmã ſeu arredationẽ recipere voluerint,& oblatiões ꝓ illis facere in ſuba/
ſtationibus antedictis facto vel verbo p ſe vel per aliũ ſeu alios publice vel occulte ĩ
pedire,minas eis iferre,vel ipos offendere quoquo modo p̄ſumãt.Et ſi forſan aliqs
repertus fuerit theſaurarius eiuſdẽ inhibitionis trãſgreſſor pœnis hmõi ſubiiciat, &
alias inde ꝓ ut iuſtitia ſuaſerit,puniat.Itẽ volumus & ordinamus ꝙ caſtellaniæ ca/
ſtroꝝ & alioꝝ locoꝝ ad nos & ad eccleſiã memoratã ſpectantiũ quæ ſub manu te/
neant eiuſdẽ eccleſiæ,de quibus non eſſet expediens ꝙ traderet ad firmã,ꝑ rectorẽ
& theſaurariũ ꝓuinciæ cuiuſlibet ſimul & ꝯcorditer viris idoneis & fidelibus,quo/
tiẽs opportunũ fuerit,cõmendent,qui perſonas & alias res ſecũ ad cuſtodia deputã
das,ſine fraude tenere debeant,quæ de fructibus & ꝓuẽtibus, & exinde veniẽtibus
fidem & rõnẽ reddere cameræ apoſtolicæ teneant.Sup his aũt necnon ꝙ tales ſint
ꝑſonæ qbus fiẽt cõmẽdæ p̄dictæ:vt caſtra & loca hmõi cõmẽdæ de mãibus ipſorũ
hri & recuperari poſſint libere:qñ & quotiens expedire rectori & theſaurario vide/
bit abſq; cuiuſcunq; difficultatis & ꝯtradictionis obſtaculo,tã per rectores idoneos
cautionũ ſufficiẽtes,q̄ per alias ꝓuideant rector & theſaurarius añdicti.Si vero aliter
hmõi arredationes firmas & cõmendas cõtingerit attẽptari,aut per rectorẽ vel the
ſaurariũ cuiuſuis ꝓuinciæ fraus vel dolus intrauerint ſuper his hmõi arredatiões fir/
mæ & cõmendæ robore careant firmitatis.Et nihilominus ille vel illi ex eis q frau/
dem vel dolum cõmiſerint in hac parte ad reſtitutionẽ damnoꝝ,quibus Ro.eccle/
ſia ſubiaceret,ꝓpterea ſint aſtricti. Verũ cum per illos qbus caſtellaniæ p̄dictoꝝ ca/
ſtroꝝ & locoꝝ cõmẽdant interdũ ſuper mutatiõe ſeruientiũ ſtipendiarioꝝ,qui eis
per curiã rectoris vel theſaurarii ꝓ tutiori eoꝝ cuſtodia deputant fraudes nõ paꝝ dã
noſæ p̄dictæ cameræ ſæpe:ſic(ut aſſerit)cõmittant, ordinatiõi noſtræ adiicimus,
ꝙ ſeruiẽtes hmõi poſtq̃ ꝑ dictã camerã fuerint aſſignati mutari, & aliis ſubrogari nõ
poſſint abſq; rectoris & theſaurarii ꝓuinciæ licentia ſpãli.Siqdẽ de caſtris & locis q̃
cõmendari ꝯſueuerunt:hactenus habeat, annis ſingulis per rectorẽ & theſaurarium
deliberatio ꝓuida & matura,veꝝ ea vel eorũ aliqua concedi ad firmã ãnualẽ expe
diat,& in manu eiuſdẽ eccleſiæ retinere perſonis idoneis cõmẽdanda.Et ſi horũ vl
timũ expedientius videat cãs & rõnes quibus moueburt ſuper hæc cameræ prædi
ctæ nõ differãt,ſi ſiniſtrã cõtra ſe ſuſpitionẽ vitare voluerit,intimare.Oẽs aũt firmas
prædictas annuales eſſe debere intelligimus:& ẽt cõmendas prædictas,niſi propter
induſtriam & fidelitatem aliquorum,quibus eſſent factæ prædictæ cõmendæ am/
plioris temporis ſpacium,cõmendæ prorogẽtur eiſdem.Rurſus ordinamus & vo/
lumus:ꝙ in ſingulis terris & prouinciis ſupradictis ſit de cætero vnus fidelis notari/
us per noſtrum & apoſtolicæ ſedis camerarium deputãdus,qui ſuper prædictis ſuba
ſtationibus & oblationibus firmis cõmendis vt ſupra:& infraſcriptis,quotiẽs oppor
tunum fuerit,ſcripturas faciat publicas,vt de geſtis circa præmiſſa prædicta camera
valeat plenius informari.Qui quidem notarius de ſuo ſuper prædictis exercendo fi/

delites

deliter officio in manibus dicti camerarii vel alterius: cui ipſe hoc cõmitteñ. proui/
derit, iuramẽtum præſtabit, & deinde tanq̃ bonus Notarius curiæ rectoris ꝓuinciæ
notariæ officium cũ emolumentoꝝ præceptione inde ſibi prouenieñtiũ exercebit.
Præterea ordinamus & volumus ꝙ ãmodo in ſingulis eiſdem ꝓuinciis tres libri an
nis ſingulis habeantur. Quorum vnum rector. Alium vero theſaurarius. Et tertium
ꝑdictus Notarius teneãt & ꝯſeruẽt. In qbus qdẽ tribus libris oẽs & ſinguli redditus &
ꝓuentus ex qbuſcũq; cauſis toto illo anno ꝓueniẽtes ad eandẽ camerã per ꝑſatũ No
tarium ſcribanť fideliter & diſtiñcte, ita ꝙ in capite cuiuſlibet ſeptimanæ rector & the
ſaurarius pñte dicto Notario ſup his quæ illa ſeptimana peruenerint: vel ꝓuenire ad
camerã ipſam debuerint de quibuſuis redditibus vel prouentibus: & his ẽt quæ illa ſe
ptimana expenſa fuerint, ſimul habeãt ꝯuenire. Omnia in dictis tribus libris fideliter
particulariter & diſtincte per dictum Notariũ ꝯſcribanť. Et ſic per totum annum fa/
cere teneatur, niſi forſan forent aliquotiens legitimis impedimẽtis detenti, quibus
ceſſantibus vel ſubductis de ſeptimana vel ſeptimanis, a qua vel quibus ꝓpter ĩpedi/
mentum hmõi computare (vt ꝑmittitur) omiſiſſent. De quibus ſeptimanis per or/
dinẽ ſingulariter & diſtincte computent, & ſimiliter in eiſdem tribus libris ſcribanť
per Notarium antedictum. Anno vero completo Rector & Theſaurarius totius an
ni recolligant eodem pñte Notario rõnes & eoſdẽ tres libros per calculationem fi
delẽ et concordẽ. Quibus ſic actis vnus de hmõi tribus libris ſcriptus per ipſum nota
rium et ſuo ſigno ſignatus, clauſuſq; ſigillis rectoris & theſaurarii ad ꝑdictam came
ram tranſmittatur fideliter: eiq; infra duos mẽſes a fine anni cõputandos ꝑdictis præ
ſentetur, vt ipſa camera videre poſſit plenius & cõmodius quid & qualiter actum
circa præmiſſa fuerit, & vtilius ſit agendũ. Hos nempe modũ & formã deinceps fu/
turis tẽporibus, volumus in eiſdem terris & ꝓuinciis abſq; omiſſione & tranſgreſſiõe
qualibet obſeruari. Porro quia circa compoſitiones & firmantias quæ ſm morem
& conſuetudinem illaꝝ partium fieri ſolent. Interdũ fraudes & malitiæ in rei detri/
mentum publicæ: grauamẽ ſubditoꝝ & cameræ ꝑfatæ ꝑiudiciũ plerũq; (vt aſſeriť)
cõmittuntur. Nos ad euitandas fraudes & tollendas malitias hmõi: volumus & etiã
ordinamus, ꝙ cõpoſitiones & firmantiæ quotiens de quibuſcunq; vel ꝓ qbuſcunq;
cauſis fuerint faciendæ per rectorem vel theſaurarium ſimul & concorditer vocatis
& pñtibus iudicibus curiæ vel vno ex eis, ac aliqbus aliis fidelibus, qui ſciant ſtatum
ac qualitatẽ negocioꝝ, ſuper quibus erit cõpoſitio vel firmantia facienda: habeãtq;
notitiã perſonarum, quas negocia ipſa tangerent. Et demum attentis circunſtantiis
& deliberatione, præhabita diligenti fiant ꝑdictæ compoſitiones & firmantiæ in ca
ſibus debitis & honeſtis, ſed anteq̃ ꝓcedatur ad perfectiõem ipſaꝝ, illi qui pro ſe vel
aliis habebũt componere vel finire, ꝑſtent ibidem ad ſancta dei euangelia iuramen
tum, quod rõne vel occaſione cõpoſitionis & firmantiæ, vel negocii, de quo agiť,
nil rectori vel theſaurario, aut alicui vel aliquibus curialibus, vel familiaribus eoꝝ ꝓ
ipſis: ſeu in eoꝝ cõmodnm dederint vel promiſerint, uel datum vel promiſſum ſiue
per ſe: ſiue per aliũ, vel per alios tacite vel exꝑſſe ſub quouis colore vel cauſa: niſi dũ
taxat illud quod pro cõpoſitione vel firmantia debet dicte cameræ applicari. Et ſi
aliter ꝑdictæ compoſitiones & firmantiæ factæ fuerint, eo ipſo ſint nullæ caſſæ irri/
tæ & inanes. Quæ quidẽ oĩa per ꝑſatum notarium fideliter ꝯſcribãtur. Illos autẽ qui
poſtq̃ pñs ordinatio noſtra publicata fuerit: aliquid contra tenorem eiuſdem darẽt
vel reciperent pro ꝑmiſſis ad pœnam dupli eidem cameræ applicandam teneri vo
lumus & ꝯſtringi. Nullus aũt poſtq̃ a ſedis Apoſtolicæ remiſſione ſuper hoc valitu/
ra. Per hoc aũt non intelligatur prohibitum, quominus Notarii & officiales ꝓ ſuis
ſcripturis & laboribus iuſtũ & moderatum ſalariũ, ſicut conſuetũ eſt, recipere vale/
ant, vt rõnis fuerit ſine fraude, & pars lædens parti læſæ poſſit ſatiſfacere cõpetẽter.
In oĩbus aũt & per oĩa caueant rector & theſaurarius: ꝙ malefactor indiſcrete, ac in
læſionem vtilitatis publicæ, ꝑſertim illos ex eoꝝ compoſitionibus & firmãtiis poſ
ſent in ꝓuincia ſcandala & pericula contingere ad compoſitiones & firmantias hu/
iuſmodi admittant nullo modo. Poſtremo cum (vt fertur) plerunq; rectores & the

saurarii suis stipendiis non contenti redditus & prouentus aliquorum locorũ in decretis sibi prouinciis consistentium & expectantium ad ecclesiam memoratam ad manus suas sub certis occasionibus, seu coloribus non sine detrimento p̃fatæ cameræ retinere, ac in vsus suos dispensare præsumunt. Id omnino fieri decætero prohibemus, ad hoc volentes rectores & thesaurarios, ac officiales qui nunc sunt & erunt in posterum in supradictis terris & prouinciis, pro ecclesia deputati prædicta mandata seruare a turpibus lucris & muneribus manus suas sub excõmunicatiõis poena districtius inhibemus: ne sordida munera recipiãt, quoquo modo cum de pecuniis vel de bonis ecclesiæ memoratæ, quæ ad manus ipsorum vel cuiuslibet eorũdem quolibet peruenerint aliquas mercationes prohibitas clericis & personis ecclesiasticis concernentes, sub quouis colore vel modo exercere præsumant, sed easdem pecunias & bona, pro ut ad eorum cuiuslibet ipsorum pertinebat officium, custodiãt & dispensent inde rationem legitimam reddituri. Si vero cõtrarium temeritate p̃sumptuosa fecerint, exinde p̃ter poenam p̃dictam corrigi exigente iustitia volumus & puniri. Vt aũt ordinationẽs nostræ hmõi firmiter & inuiolabiliter deinceps futuris temporibus obseruentur, volumus & mandamus q̄ rectores & thesaurarii terrarum & p̃uinciarũ p̃dictarum q nunc sunt mox post p̃ntationẽ p̃ntium eis factam de illis obseruandis & adimplendis inquantum in eis fuerit in p̃ntia Notarii publici, qui publicum instrumentum inde conficiat: nobis e vestigio transmittendũ p̃stet ad sancta dei euangelia iuramentum, quodq; rectores & thesaurarii qui decetero deputabuntur in dictis terris & p̃uinciis anq̃ l̃ras suorum officiorum recipiãt in manibus p̃fati camerarii p̃stando iuramentum de obseruandis tenaciter ordinibus hmõi teneant. Demum volumus mandamus & ordinamus: vt in singulis terris & p̃uinciis nobis & eidem Ro. ecclesiæ immediate subiectis, integraliter, fideliter, & distincte scribãtur omnes & singuli p̃uentus & redditus, necnon possessiones, iura, & denarii, q ad ecclesiam memoratam spectant, ibidem & de illis in eisdem singulis prouinciis fiant duo libri bene compositi & ordinati, quorum vnus penes Rectorem & thesaurariũ remaneat, & alius ad p̃fatum transmittatur camerarium in archiuio eiusdem Ro. eccle. conseruandus. Nulli ergo omnino hoium liceat hanc paginam nostrarũ ordinationis voluntatum adiectionis & mandatorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis aũt hoc attemptare p̃sumpserit indignationem omnipotẽtis Dei ac Beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinioñ. quarto nonas Augusti: pontificatus nostri anno septimo.

¶ De prohibitione compositionis super homicidio. Rubrica. VI.

INnocẽtius episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam. Sicut facultas veniæ delinquendi Innocentium solet præbere iacturam: sic rigor iustitiæ terminum ponit excessibus & aditum interdicit errori. Sane ad audientiã nostram molesta nobis insinuatio fide digna produxit, q̄ in nonnullis terris ecclesiæ Roma. immediate subiectis de consuetudine, vel alias obseruatur q̄ homicidæ quilibet, dumtamen cum interfecti cõsanguineis pacem habeant: & de pace fidem possint facere per officiales ipsius ecclesiæ ad compositionem pecuniariam indifferenter & passim atq; frequenter pro quantitate valde modica admittuntur. Vnde fit q̄ dum homicidæ idem reatus sui poenam modici precii venalitate mercantur sumpta ex impunitate licentia facile prorumpunt in culpam, & ex hoc malignãdi exemplo in alios deriuato: sæuit malus frequenter in bonum, lacessit improbus probum, potens opprimit humilem, & grauat sæpe noxius innocentem. Cum aũt publicæ vtilitatis intersit vt maleficia non remaneant impunita. Nos huic morbo: qui erronicus factus ferrum expectat, volentes congruam adhibere medelam. Omnibus & singulis rectoribus & aliis quibuscunq; officialibus quarumcũq; prouinciarum, terrarum, ciuitatum, castrorum, & locorum aliorum ipsius ecclesiæ p̃sentibus & futuris auctoritate apostolica districtius inhibemus: ne pro reatu cuiuscũq; homi-

cidii

cidii aliquem:ad compositionem pecuniariam præsumant admittere homicidā. Compositiones si quas contra inhibitionem nostram, huiusmodi fieri contingerit irritas,& inanes,& homicidas,ad cōpositiones admissos,admissione huiusmodi non obstante,sicut ante compositiones,erāt eisdem subditos esse legibus decernentes,non obstantibus constitutionibus,& statutis huiusmodi,& aliis obseruātiis quibuscūq;,quæ omnia,quo ad hæc uiribus vacuamus.Nulli ergo omnino hominum,liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, constitutionis, & vacuationis infringere:vel ei ausu temerario contraire.Siquis autem hoc attemptare forte ꝑsumpserit indignationem omnipotentis Dei,& Beatorum Petri, & Pauli apostolorū eius se nouerit incursurum.Datum apud villam nouam auinionensis diocesis ydibus Iunii,Pontificatus nostri Anno primo.

¶De prohibitione compositionis, cassationis processus, sine Thesaur. non fienda. Rub. VII.

INnocentius Eps seruus seruoꝝ Dei,ad perpetuam rei memoriam.Quāuis omnes:quos regendos nobis,diuina prouidentia cōmisit irreprensibiliter regere merito affectemus.Officialium tamen nostrorum actus,& mores:tanto fore irreprensibiliores appetimus quanto officiales,idem in executione cōmissorum eis officiorum,vices nostras gerere comprobantur. Quantoq; ipsorum excessus trahuntur,facilius & perniciosius in exemplum . Sane multorum insinuatio nostrum frequenter pulsauit auditum,ꝙ nonnulli officiales ecclesiæ Rom. dum contra cōmunitates:seu vniuersitates,ac singulares personas prouinciarum,Ciuitatum : Castrorum,villarum:terraꝝ:siue locoꝝ regimini cōmissoꝝ,prout exigit qualitas cōmissorum excessuū,per easdem aliquos inchoant,quandoq; ꝓcessus interueniente pretio,vel pretii corruptela,processus hmōi sepius suspendunt,interdum mandāt,& faciunt cancellari , & nōnunq̄ cum his contra quos , processus hmōi habiti sunt ad indecētem compositionem descendūt.Thesaurariis : quæ sunt in eisdem ꝓuinciis,seu ciuitatibus pro eadem ecclesia,non vocatis iniuriis:iniuriam subditorū,& præiudicium,& ipsius ecclesiæ dispēdium & iacturam.Volentes itaq; super hoc de opportuno ꝓuidere remedio,suspensiones,& cancellationes hmōi fieri. Decetero prohibemus statuentes:vt cōpositiones,quas nisi vocatis Thesaurariis ipsis fieri cōtingerit irritas & inanes.Pecunia quoq; ex huiusmodi cōpositionibus prouentura, non nisi eisdem Thesaurariis,cum ad eorum imediate spectet: officiū præcipimus assignari.Nulli ergo oīno hoīum liceat hanc paginam nře prohibitionis & statuti, ac præcepti infringere:vel ei ausu temerario contraire.Si quis aūt hoc attemptare præsumpserit indignationem oīpotentis Dei:ac Beatoꝝ petri,& pauli apłoꝝ,eius se nouerit incursurum.Datum apud villam nouā auinionensis diocesis idibus Iulii, pontificatus nostri Anno primo.

¶De ꝓhibitione q̄stus ex vēditiōe baratariæ,siue ludi:& q̄stus meretricū. R. VIII.

INnocentius episcopus,seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriā.Quāuis omnes,quos regendos nobis bonitas diuina cōmisit irreprensibiliter agere cupiamus.Eorum tamen actus & mores, qui nobis : & Ecclesiæ Romanæ noscuntur imediate subesse,tanto esse irreprensibiliores appetimus: quāto de illis specialiter iminet cura nobis.Sane ad audientiam nostram peruenit , ꝙ in nonnullis prouinciis & ciuitatibus nobis,& eidem ecclesiæ imediate subiectis ex quadā consuetudine, seu abusu potius obseruatur, & in Romana curia obseruatū est,ꝙ in certis locis prouinciaꝝ:ac terraꝝ ecclesiæ ꝓdictæ barataria vulgariter nūcupate, quæ per certos officiales earūdem ꝓuinciaꝝ ciuitatū,& curiæ,aut alios vendūtur ad tps licet & licuit,quibuscūq; ludū exercere publice taxillorum , ex quo ꝓter morū deformationē:quæ inde resultat,frequēter scandala oriūtur,& brige, ac nōnunq̄ (qđ

molestius est)nomen diuinum blassematur quodq officiales ipsi stipendiis proprijs non ɔtenti,quinimo lucris turpibus,non sine præiudicio salutis & famæ propriæ,inhiãtes a pstitutis publice meretricibus,quæ de isfami pprio corpo quæstu viuunt septimanis singulis,sine cã exigũt in,ppriis cõmodis imo incõmodis,verius applicant vnũ grossum. Volẽtes igit sup his de illo remedio puidere:q talia decetero nõ contingãt. Baratarias hmõi in eisdẽ puinciis Ciuitatibus,& curia fieri & vẽdi decetero strictius,phibemus. Rectoribus ciuitatũ,& puiciarum ipsarum,ac camerariis pñtibus & futuris:oibus & singulis districte pcipiẽdo mãdamus,ut quorũcũq officialium,vel alio cõtra inhibitionẽ nr̃am easdẽ baratarias hmõi ordinãtium, vendentium illas,& ludẽtium qũolibet in eisdẽ,ac exigẽtium a pfatis meretricibus,pstitutis aliqd temeritatis,audaciã puniant,& castigent.Nulli ergo oino hoium liceat hanc paginã nr̃æ phibitionis & mãdati infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽptare psumpserit indignationẽ oipotentis Dei:& beato Petri, & Pauli apostolo eius se nouerit incursurum.Datum apud villam nouam auinionensis diocesis.iiii.Kalendas Augusti:Pontificatus nostri Anno primo.

¶ Q. d' nullus gratis ad istantiã cuiuscũq officialis ecc.debeat aliqd portare.R.IX.

GRegorius eps seruus seruo Dei ad ppetuã rei memoriã. Releuationi iniusto grauaminum nostro subdito præsertim paupe prouidere pietatis studiis cupiẽtes, vniuersis & singulis apostolicæ sedis legatis : ac Vicariis generalibus nr̃is & successo nostro Romanorũ Pontificum etiam si sint Rom. ecclesiæ Cardinales:ac Thesaurariis:& Rectoribus gñalibus : necnon Rectoribus: & marescallis, ac Potestatibus : Capitaneis : depositariis,iudicibus : Castellanis, & aliis quibuscũq officialibus nr̃is, & eiusdem ecclesiæ quocũq noie nũcupenẽ præsentibus & futuris:in Ciuitatibus Bononiæ:& Perusinæ:earũq cõitatibus, & districtibus:necnon Romandiolæ,Marchiæ:Anconæ,Ducatus Spoletani, patrimonii Beati Petri in Tuscia,Campaniæ,Maritimæ,& Massetrabariæ prouinciis, & aliis Ciuitatibus,Terris,& locis dictæ ecclesiæ imediate subiectis. Quorum noia haberi volumus præsentibus,pro expressis.Tenore pñtium districtius inhibemus, ne frumẽtum:& alia blada,Vinum:Ligna,Fenum,Paleas:aut res alias ad ipso:seu officialium familiarium,& hospicio suorum,vel aliorum quorũcunq vsum spectantia,per Ciues & incolas dicta Ciuitatum,cõmunitatum,districtuum,prouincia: terrarum,& loco,seu pro ipso Ciuium,& incola nauigia, currus, aut animalia gratis,sine iusto & integro naulo,præmio statim soluendo,deferri faciant, seu compellant,non obstãtibus statutis cõstitutionibus mandatis : & cõsuetudinibus contrariis:quibuscũq,quæ per pñtes reuocamus, cassamus: & iuribus vacuamus: Nos enim oia & singula præcepta dãna mulctas condẽnationes,& alias pœnas. Si qua contra hmõi nostram inhibitionẽ sint,vel imposterum fuerint attemptata,exnunc decernimus irrita,& nullius penitus existere firmitatis.Et nihilominus omnes & singuli, qui cõtra nostram prædictam inhibitionẽ:siue ex sua temeritate, siue ex alieno mandato,venire præsumpserit:cuiuscũq dignitatis: status, ordinis, conditionis existant. Etiam si Pontificali, aut alia quauis fulgeat dignitate, præter dictæ Ecclesiæ Cardinales:excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, & duplum eius:quod pro prædictis soluere debuerint,illis quos super præmissis grauauerint restituere teneãtur.Nulla in hac parte remissione directe,vel indirecte, faciẽda eis aliquatenus ualitura,qua quidem sententia, cuius absolutionem sedi apostolicæ,specialiter reseruamus,nullus possit absolui : nisi satisfactio & duplũ hmõi realiter fuerint primitus psoluta.Nulli ergo oio hoium liceat hãc paginã nr̃æ inhibitionis constitutionis,& reseruationis infringere,vel ei ausu temerario cõtraire. Si qs autem hoc attẽptare psumpserit indignationẽ omnipotẽtis Dei,ac Beato Petri, & Pauli aplorum eius se nouerit incursurũ.Datum apud pontẽ sorgie Auinionensis diocesis.xvii.Kalendas Iulii,Pontificatus nostri Anno quarto.

¶Liber Secundus incipit: in quo continentur constitutiones pertinentes ad officiales, & iura fiscalia: & publica, & iurisditiones ecclesiæ.

¶De officio & iuramento Rectoris cuiuscúq; ꝓuinciæ Ecclesiæ. Rub. I.

Gidius Eṕs Sabinensis apostolicæ sedis legatus & Domini nostri Papæ vicarius. Prouida legum auctoritas (sacros etiá canones imitata) prouinciarum: & ꝓuincialium vtilitate, ac opportunitate pẽsatis salubriter statuit, vt cuiq; præesset prouinciæ præses vnus per quem ipsa gubernaretur vtiliter & per quem possent prouincialium desideria explicari, concedens eis, qui regunt prouincias, Potestatem gladii merum & mixtum imperium causarũ quarũlibet notionem. Rectoresq; prouinciæ non sine causa ampla Potestate dotauit, quorum officium & præclaram dignitatem, tam dispositio iurium, q̃ voluntas & tollerantia Romanorum Pontificum & consuetudo laudabilis plurifariam honoribus & potestatibus insigniuit, quibus omnibus ratis manentibus, nisi quãtum per Sedem apostolicam in aliquibus casibus esset cõtrarium specialiter stabilitum, vel in futurum contingerit ordinari, & saluis constitutionibus insertis in præsenti volumine, quibus per Rectorem alicuius prouinciæ & eius Potestatẽ nolumus in aliquo derogari. Quædam, quæ vniuscuiusq; Rectoris incũbunt officio, ne videãtur taciturnitate negligi duximus specialiter designanda. Congruit náq; bono & graui præsidi sollicitudinibus & curis continuis dare operam efficacem, vt placatam: & quietam prouinciá teneat, ipsamq; & ipsius terras & loca omnia gubernet: & manu teneat in vera fidelitate & obedientia sanctæ Ro. ecclesiæ & romani pontificis ad cuius dominium ipsæ prouinciæ pertinent in spiritualibus & temporalibus pleno iure & diligẽter aduertere, ac remediis opportunis occurrere ne tyránides inualeant, & ne simulla aliqua seu scãdalũ rebellionis insurgat. Et bona fide pro iuribus exterminare ab omnibus locis suæ iurisditionis hereticos ab ecclesia dãnatos. Iura quoq; bona & res Ro. ecclesiæ defensare & occupata recuperare pro posse: ecclesias viduas, pupillos, pauperes, & miserabiles personas ab oppressionibus releuare, & eorum iura cum causarum breui expeditione fauorabiliter conseruare: & malis hominibus prouinciam & loca suæ iurisditionis purgare, iustitiam sine exceptione personarum omnibus ministrare & facere ministrare, exactiones illicitas prohibere eisq; resistere, & scandala, & discordias remouere, atq; pacem & cõcordiam in suæ iurisditionis homines seminare, & idem Rector puras manus habeat, ẽm ꝙ iura requirunt, & venalitate iustitiæ iniquis extorsionibus, exactionibus, & concursionibus prorsus abstineat et omnia, et singula, quæ ad eius spectãt officium studeat bene sollicite, ac legaliter exercere. Et vt ṕdcá pax et quies (vt optamus) liberius habeatur. ¶Volumus et mandamus, ꝙ quotiens deformari contingerit statum Ciuitatum terrarum, et locorum ipsius Rectoris regimini cõmissorum possit: et debeat ipsorum et ibi degẽtium, statum per se vel alium: aut alios reformare vt publica vtilitas et honor ecclesiæ et status prouinciæ exigerit et sibi videbitur expedire. Insuper, quia non est verisimile, ꝙ quis præsertim cui tantum regimen credit̃ fiat immemor salutis æternæ: sed quod iuramento firmauerit sit Zelo religionis diuinæ et sui honoris cõseruandi tenaciter seruaturus. ¶Statuimus ꝙ quilibet Rector cuiuscũq; prouinciæ Ro. ecclesiæ publice in primo parlamento quod fecerit post ipsius ingressum in prouinciam sibi decretam præstare teneatur iusiurandum non improuide ordinatum a iure, quo iuramento contineatur expresse ꝙ ipse rector cõicator sit et ꝑpetuo erit catholicæ fidei et sacro sanctæ Ro. ecclesiæ et nũq̃ ei aduersabit̃ nec alium quantum possibilitatem habebit aduersari permittet, et ẽm puram conscientiam in officio et administratione sibi cõmissis dictæ ecclesiæ et sũmo pontifici fidele seruitium præstaturum: et ꝙ nullam penitus dedit, nec dabit occasionem con

sequẽdi dictum officium. Cũ omni studio fiscalia iura Ro. ecclesiæ in locis sibi cõmissis diligenter inspiciet et defendet. Et ꝙ pro posse hereticos exterminabit de dictis locis ecclesiæ, deuotos ac fideles ecclesiæ et sũmi Pontificis paterne tractabit, et ſm suam possibilitatem illæsos vndiq̧ conseruabit: et quod æquus vtriq̧ pti semper in publicis disciplulis existet et nulli parti citra q̃ iustum est exhibebit et exequetur vniuersa delicta et omnem æquitatẽ seruabit, ſm ꝙ sibi visum fuerit atq̧ iustũ. Et ꝙ puras manus ab omni venalitate iustitiæ et ab omni simonia, et illicitis extorsionibus conseruabit, et ꝙ officiales bonos et legales et idoneos, q̃to melius poterit et nouerit, assumet et deputabit ad officia ad quæ officiales distribuere debet, et si quem vel si quos ex eis post assumptionem eorum, prauos, seu non idoneos cognouerit amouebit et loco amoti alium idoneũ surrogabit. Et ꝙ omnes et singulas constitutiones insertas in præsenti volumine fideliter obseruabit et faciet a suis officialibus et familiaribus, pro ut ad quẽlibet ipsoꝝ ptinet, inuiolabiliter obseruari.

¶ De numero & qualitate officialiũ curiæ Rectoris puinciæ. Rub. II.

EGidius Sabinensis episcopus apostolicæ sedis legatus & domini nostri Papæ Vicarius. Quia solus Rector exercitio & executiõi nõ sufficeret, omniũ ipsius officio incũbentium, oportet ipsum habere officiales & ministros, per quos in talibus adiuuetur & importabilibus laboribus sibi non congruis releuetur. Circa quæ in pluribus antiquã cõsuetudinem imitãtes. ¶ Statuimus ꝙ Rector Marchiæ possit & debeat pro suo officio cõmodius exercendo deputare septem bonos idoneos & expertos iudices iuris peritos vnum marescallum bonum discretum & probum in armis, & vigintiquatuor bonos expertos & legales Notarios, quorum iudicum quatuor resideant in curia generali dicti Rectoris in loco seu terra residentie ipsius curiæ, & vocentur, & sint Iudices curiæ generalis Rectoris Marchiæ prædictæ. Vnus vero ipsorum iudicum sit clericus & saltẽ in canonico iure pitus qui vocetur & sit iudex super spiritualibus ad forum ecclesiasticum pertinẽtibus. Alter vero dictorum iudicum vocetur & sit iudex causaꝝ appellationum deuolutaꝝ ad curiam generalem rectoris prædicti. Alius vero ex dictis iudicibus vocet̃: & sit iudex causarum criminaliũ curiæ antedictæ. Quartus vero ex dictis iudicibus vocet̃ &, sit Iudex causaꝝ ciuilium curiæ memoratæ. Reliqui vero tres iudices præsidatuũ sint & etiam nominentur vnus, videlicet, præsidatus abbatiæ farfensis. Alter vero præsidatus Camerinensis. Reliquus vero præsidatus Sancti Laurentii in cãpo p ipsos præsidatus separatim & singulariter deputati. Ex Notariis vero duo vocent̃ & sint Notarii camere dicti rectoris, vel vnus eorum duorum uocetur: & sit Notarius cameræ dicti rectoris & alter coadiutor & substitutus Notarii cameræ antedictæ put ipsi rectori videbitur deputare. Tres alii ex dictis Notariis deputentur & sint ad officium spiritualium & pertinẽtium ad forum ecclesiasticum, cum dicto iudice super spiritualibus vel rectore super spũalibus dictæ Marchiæ. Tres iterum alii ex dcis notariis deputẽtur, & sint ad officium appellationũ, & cum iudice causaꝝ appellationum prædicto. Quatuor etiam ex dictis Notariis deputent̃, & sint ad dictũ officiũ causarum criminaliũ ad scribẽdum. Tres vero alii ex dictis Notariis deputentur, & sint ad scribẽdum in dicto officio causaꝝ ciuiliũ: & cum dicto officio causaꝝ ciuilium. Ex reliquis vero nouẽ Notariis tres ad scribẽdum in quolibet prædictoꝝ p̃sidatuũ, cum singulis ipsoꝝ iudicum præsidatuũ deputent̃. Si aũt in quocũq̧ dictorum p̃sidatuũ viderit pauciores Notarios sufficere possit rector p̃dictus: quot expedientes viderit deputare. Quilibet vero dictoꝝ quatuor iudicũ curiæ generalis Marchiæ, & aduocatus fisci recipere & habere debeat a camera Rom̃. ecclesiæ, & eius Thesaurario in dicta Marchia: pro suo salario: seu stipendio cẽtum ducatos auri pro quolibet ãno sui officii: pro rata singulis mẽsibus, qbus seruiuerit psoluẽdos, & vltra dictum salariũ sex ducatos auri singulis dictorum mensuum pro expensis. Reliqui vero Iudices p̃sidatuũ habeant salariũ cõsuetum. Marescallus vero p̃dictus

recipere

recipere & habere debeat a dictis Camera & Thesaurario singulis mensibus, quibus seruiuerit in suo officio duas postas mortuas pro se & sua familia, & equo, & sex viuas pro sex armigeris equitibus: quos bonos & pbos & bene armatos, & cum bonis equis in suo officio continue debeat retinere ad stipendium consuetum solui stipẽdiariis ecclesiæ equitibus in dicta marchia, seu fm q ipsis stipendiariis pro tempore persoluetur. Notarii vero prædicti, sicut nec consueuerunt, nullum a dicta camera recipere debeant salarium pro eorum mercede, sed solum a partibus pro quibus seu in quorum seruitium scripserint: recipere debeant pro eorum mercede prout infra sub rubrica de salariis & mercede Notariorum taxatum per ordinem cõtinetur. Dicti vero iudices & Notarii nullatenus sint de dicta marchia oriundi, vel incolæ & habitatores continui: nisi rector cum aliquibus notariis scribentibus cum iudicibus suis in causis ciuilibus tantum propter eorum fidelitatem & sufficientiam duxerit dispensandum. Et sic in aliis prouinciis volumus tenaciter obseruari. Insuper nullus ex dictis iudicibus seu Notariis possit permanere continuãdo idem officium vltra annum, nisi cum eorum aliquo siue aliquibus pro eorum sufficientia & vtilitate officii pro secundo anno tantum & non pro maiori tempore dispensatũ fuerit per rectorem. Dictus vero Marescallus non possit per Rectorem aliquẽ deputari, qui rectori vsq ad quartum gradum consanguinitatis vel affinitatis attineat. Numerus vero iudicum & notariorum curiarum vel rectorum aliarum prouinciarum & salaria ipsorum iudicum & Marescalli eorum sint: sicut sunt hactenus consueta.

¶ De audientia danda per Rectores & eorum officiales. Rub. III.

EGidius Sabinen. episcopus apostolicæ sedis legatus, & Domini nostri Papæ Vicarius. Bonæ memoriæ dominus Bertrandus episcopus Sabinen. dũ erat archiepiscopus ebredinensis & reformator per sedem Apostolicam deputatus, inter cæteras constitutiones quandam edidit in hanc formam. ¶ Item cultum iustitiæ augeri, presertim circa personas miserabiles impotentes, & occasionem delinquendi, & si non amore iustitiæ: saltem pœnæ timore & maioris iudicis robore tollere cupientes: eadem auctoritate statuimus & ordinamus: q Rector saltem bis in septimana in aula sua vel alio loco publico pro iustitia reddenda sedere: & conquerentibus, presertim de officialibus & familiaribus suis: publice debeat suam præsentiam exhibere, nisi forte arduis negociis impeditus interdum vacare ad talium causarum audientiam non valeret. Quã constitutionem tanq vtilem volumus obseruari. Adiicientes q noster Rector ambasiatoribus terrarum, & aliis: presertim prouincialibus ad eum recursum habere volentibus pro opportunitatibus eorum expediendis, facilẽ (vt decet) in audiendo se præbeat & curet ipsos absq moræ dispẽdio quanto potest celerius expedire. Et singulis diebus veneris iudicem maleficiorum suæ curiæ & suos Notarios maleficiorum ad se conuocet & in vnum simul conueniat, & eadem die diligenter inspiciant, & examinẽt omnis processus maleficiorum suæ curiæ, & eos qui sunt in casu expeditionis per sententiam absolutoriam vel condemnatoriam pro ut iustum fuerit absq tarditate & prorogatione temporis faciat expediri. Iudices vero rectoris prædicti continue saltim diebus iuridicis, & horis congruis ad bancum pro iure reddendo quibuslibet (pro ut ad eorum spectat officiũ) publice sedeãt, & petentibus sine difficultate iustitiam ministrẽt, & lites quantum poterunt, faciant breuiores. Notarii autem cum suis iudicibus semper quando iudices ibidem sederint ad bancum iuris sedeant; atque assistant cum actis & scripturis opportunis, vt possint litigantium causæ & negocia ut conuenit expediri pœna iudicibus decem librarum denariorum pro qualibet vice, & Notariis: quinque librarum denariorum pro quolibet, & qualibet vice qua cõtrafactũ fuerit auferẽda.

¶ De vita & honestate & habitatione rectorũ & suorum officialium. Rubrica Quarta.

EGidius Sabinensis epi̅s, apostolicæ sedis legatus & dn̄i Papæ Vicarius. Quia vt iura testantur, quibus plura cōmittuntur, plura honestatis & ponderositatis exiguntur ab eis. ¶ Statuimus & ordinamus q̄ Rector, qui tam arduū gerit officium & sui officiales & familiares pro ut eorum statui conuenit: viuant sub decore congrue honestatis, ab illicitis gestibus minis concussionibus & extorsionibus abstinendo. Et prædicti officiales vltra eorum salaria debita: & per cōstitutiones insertas in hoc volumine ordinata recipere non præsumant, nec quocūq; velamine vel colore prohibita eis per cōstitutiones huiusmodi recipere audeāt, quoquomodo. Et quia vt iura dicunt esculenta & poculēta offuscant corda iudicum: ipsa eisdem officialibus dicti Rectoris & eorum familiaribus recipere per se vel alium atq; per quoscūq; dari eisdem penitus prohibemus. Idem quoq; Rector: ac sui officiales & eorum familiares non cogant per se aut alios aliquam personam vendere sibi granum, vinum victualia cætera nec res alias, sed solum emant qd' eis expedit aut emere seu habere volunt a volentibus sponte vendere pro iusto præcio, sicut alii communiter emūt per eos venditores ante receptionem rerum effectualiter persoluto, nisi reperirētur pro exercitio eorum officii in loco vbi propter malitiam vel ineptitudinem inhabitātium victualia hospitia & lecti, & necessaria eis non inuenirentur venalia, tunc enim possit cum modestia & honestate cogere habentes talia ad vendendum, vel præstandum iusto tamē præcio vt prædicitur p̄soluto. Rector quoq; suos officiales & familiam honeste viuere, & habitare compellat, nec sinat eos cū dissolutione vagari vel ipsos in turpes lasciuias & iniuriosas contumelias prosilire, nec aliquis qui non sit vere familiaris Rectoris: vel suorum iudicum & officialium & secum continue non habitauerit sub ficto colore nomen huiusmodi familiaritatis assumat, ne sub fauore talis ficti nominis cōcussiones, aut alia illicita sub dictis perterritis cōmittantur. Et familiares eorum non sint de prouincia oriundi nec incole & habitatores continui, nō enim videtur honestum q̄ aliqui sub prætextu familiaritatis huiusmodi cōuersationem acquirant vel gratias, aut eorum comprouinciales opprimant quoquomodo. ¶ Statuimus etiam q̄ Rector non possit nec debeat alicui suo familiari, tunc vel qui ante suus familiaris fuerit infra annum, concedere aliquam potestariam, vel officium Vicariatus vel alterius vocabuli in aliqua terra, vel loco, vbi per Rectorem vel ecclesiā: Potestas vel officialis, talis ordinari deberet, nec etiam talis familiaris possit per aliquem ad aliquod officium elligi in aliqua terra de prædictis vel aliis, ne forsan illis illicita committentibus, & subditis reclamare non audentibus eorum defectus transeant impuniti & subditi contra iustitiam repeniantur oppressi. Quæ prohibitio in Castellanis, & custodiis Rocarum & fortilitiorum non vendicet sibi locum, sed ad tales custodias Rector possit familiares & alios fidos: vt expediens viderit, deputare. Prædicta quoq; prohibita Rectori & eius officialibus & familiaribus, pari rōne & modo Thesaurario cuiuscunq; prouinciæ & officialibus, & familiaribus esse volumus interdicta. ¶ Volumus ēt ratā esse, & firmiter obseruari constitutionē editam per bonæ memoriæ Dn̄m Bertrandum Episcopum Sabinensem: dum erat Archiepiscopus Ebredinensis & reformator qua decreuit, q̄ nullus de prouincia originem trahentis, seu larem, aut domicilium ibi fouens vestes, seu robbas Rectoris vel Thesaurarii audeat accipere, nec Rector, siue Thesaurarius cum precio, vel sine precio sibi dare: alias tam dātes: q̄ accipientes vltra pœnam excōmunicationis, pœnam centum florenorum auri incurrere voluit ipso facto. Et dictæ prohibitiones, receptiones in familiares originalium & incolarum prouinciæ locum nō habeant in capellanum, si quem Rector retinere voluerit, nec in vilibus personis, quæ ad vilia ministeria detinētur sicut sunt mulaterii, asinarii, somarii ferētes ligna p̄ igne, & coqui, regatii, & alii similes ad quos se p̄hibitiones hi non extēdant. Rector etiā p̄ suo honore & habiliori mō sui officii possit secum in aula sua, seu habitatiōe tenere iudicē suæ curiæ ad maleficia deputatū, & iudicē ad cās ciuiles vel alterū ipsoꝝ, sicut sibi videbit expedire, & pro expēsis iudicis quē sic secū tenebit et vnius equi, & vnius famuli, & vnius regatii recipiat

Rector ipse a camera sex ducatos auri quolibet mense qui vt supradictum est in alia constitutione pro expensis huiusmodi debeantur, & quando aliquem ex dictis duobus iudicibus, vel ipsos ambos dictus Rector vt prædicitur secum retinuerit teneat cum quocúq; ipsorum iudicum notarios ipsi iudici ad suum officium deputatos & eisdem victú exhibeat cibi & potus pro quibus Rector habeat a dictis Notariis quartam partem salariorum scripturarum suarú. Alii vero iudices curie Rectoris & etiã prædicti duo quando non habitant cum Rectore habitent in honestis locis, & partentibus & causantibus sui copiam faciant sicut decet. Et quilibet iudex secum teneat, & in eadem domo, & habitatione Notarios omnes ad suum officium deputatos, & ipsi Notarii cum suo iudice ibi debeant continue habitare & viuere ipsorum expensis prout de vita & victu inter eos & suum iudicem concorditer fuerit ordinatum. Volumus & etiam mandamus sicut in constitutionibus veteribus continetur q nullus dictorum Notariorum præsumat ludere ad taxillos vel aleas aut aliquẽ alium ludum prohibitum, siue baratarie in quo pecunia vel res aliqua perdi possit, & qui contrafecerit in libris quinq; denariorum pro qualibet vice puniatur. Insuper cum officiales stipendiis sibi assignatis & per eos acceptatis debeant esse côtenti, rectoréq; & eius officiales & domesticos remunerationis gratiam decet honeste prævia expectare. ¶ Statuimus q nulla persona præsumat muneribus promissionibus vel aliter verbis aut factis corrũpere aliquem iudicem Notarium aduocatum fisci vel quemcúq; alium officialem vel familiarem seu domesticum aliquem eorum ad aliquod officium generale speciale siue ad aliquam executioné vel prosecutionem alicuius negocii sine causæ quomodolibet deputatum, sed nec ipsi officiales vel familiares siue domestici aliquid recipere a quocúq; sue vel sui dominii iurisdictionis subiecto. Qui contrafecerit officio ipso sit ipso iure priuatus. Et insup pro quãtitate vel re data vel recepta contra dictam formam quæ non excedat valorem viginti solidorum denariorum in decem librarum denariorum vice qualibet puniat. Et si fuerit valoris a viginti solidis supra pro qualibet libra valoris illius rei in decem libr. denariorum puniatur. Item sequentes constitutionem aliam Domini Bertrãdi prædicti volumus q Notarii camere Rectoris & Thesaurarii seu curiæ generalis Rectoris. Officium sindicatus & procurationis vel alterius promotionis negociorum in se publice vel occulte assumere non attẽptent nec intercessores pro vniuersitatibus vel singularibus personis existant alioquin vltra pœnã excõmunicationis quã ipso facto incurrãt officio Notariatus ppetuo sint priuati, & deinceps ad aliquod officium in terris ecclesiæ ullo tempore assumi non possit.

¶ De officio quatuor iudicum curiæ generalis Marchiæ. Rub. V.

Egidius Sabinensis episcopus apostolicæ sedis legatus & domini nostri Papæ Vicarius. Iudicum curiæ generalis officia iurisditionis morem solitum & cõstitutiones veteres in hac parte sequentes sic duximus distinguenda. Iudex sup spiritualibus cognoscat de omnibus causis spiritualibus, & de omnibus causis pertinentibus ad forum ecclesiasticum, & de omnibus appellationibus interpositis & interponendis ad eum seu Rectorem seu auditorem super spiritualibus dictæ prouinciæ ab epis Abbatibus plebanis, & quibuscúq; prælatis Rectoribus & clericis quorumcúq; locorum regimini Marchiæ cõmissorum, & de omnibus aliis, quæ infra in constitutionibus tertii libri huius voluminis continentur. Iudex causarum criminalium cognoscat de omnibus primis causis criminalibus meris & mixtis, tam meri q̃ mixti imperii per accusationes denunciationes & inquisitiones ad eum delatas & in his cognoscendis & terminandis secundum constitutiones insertas in hoc volumine & maxime in quarto libro plenam habeat Potestatem. Iudex causarũ ciuilium cognoscat de oibus primis causis ciuilibus, quæ ad Rectorem Marchiæ siue ipsius iudicis audiẽtiam: siue curiam deuoluũtur & in his omnibus cognoscẽdis & terminandis secundum cõstitutiones huius voluminis & maxime locatas in quin-

to libro plenam intelligatur iuriſditionem habere. Iudex uero appellationum Mar
chiæ habeat Poteſtatem: & iuriſditionem cognoſcendi & terminandi cauſas om
nes appellationum & nullitatum, quæ interponuntur ad ipſum vel Rectorem
Marchiæ ſuper temporalibus a iudice maleficiorum & iudice ciuilium prædictis &
a iudicibus præſidalibus & comitatus quondam Vrbini & comitatus quondam
Fani & Rectore, ac officialibus maſſerrabarie & omnibus Poteſtatibus iudicibus &
officialibus quorumcūq; locorum regimini Rectoris prouinciæ cōmiſſorum & in
omnibus; & de omnibus quæ & pro,ut in constitutionibus huius voluminis & ma
ximæ poſitis in ſexto lib. plenius cōtinetur. Conſtitutioné aūt bonæ memoriæ dñi
Bertrandi tunc ebredinenſis Archiepi & reformatoris prouinciaꝝ obſeruari volu/
mus, quā vtiliter edidit in hac forma. Item cum indecens ſit promiſcuis actionibus
rerum turbari officia pſertim iudicū, quibus eſt honor debitus deferendus quod tñ
eſſe contingit cum alii creditum ſiue cōmiſſum officium alterius ſub reptitia impe
tratione vel importunitate præcum exercet. Nos volentes ꝙ quilibet iudicum ma
ioris curie ſic onus ſuum portare debeat & cōmiſſum ſibi officium ſtudeat exerce/
re ꝙ ſe alteri officio nō īmiſceat nec ſe de eo ſine cauſa rationabili intromittat. Ea/
dem auctoritate ſtatuimus & ordinamus ꝙ cauſæ ciuiles: ſeu criminales cuiuſcūq;
conditionis exiſtant, quæ ad cognitionem examinationem & deciſionem quo/
rūuis iudicum curiæ, ſecundum modum ſuū & iuriſditionem eiſdem a rectore cō/
miſſam de ſui natura debebunt & poterunt pertinere per rectorem prouinciæ, alte/
ri iudici vel perſone nullatenus cōmittatur niſi forte iudex ille ad quem cauſæ co/
gnitio pertineret partibus, aut alteri earum eſſet ſuſpectus aut de cauſa propter im/
pedimentum infirmitatis aut abſentiæ, aut aliud propter quod intromittere ſe non
poſſet ſeu cōmiſſio per Rectorem alii fienda de partium procederet volūtate. Item
attendentes ꝙ neq; rationi conſonat, neq; iuri ꝙ iudex ad quem a partibus pro reci
pienda iuſtitia debet accedi conuerſo ordine ad partes præſertim quæ propter cō/
miſſa maleficia ſe reddunt indignos veniat ſe propter hoc a loco, vbi maior curia
teneretur multorum, quorum cauſæ ibidem aguntur præiudicium & impedimen
tum iuſtitie abſentando. Eadem auctoritate ſtatuimus & ordinamus ꝙ quādocūq;
contingerit aliquem ſeu aliquos cuiuſcūq; ſtatus aut conditionis exiſtāt deferri, ac/
cuſari ſeu denunciari: vel contra eos ex officio procedi de quouis crimine publico
vel priuato ad examinationem & iuriſditionem Rectoris prouinciæ ſeu iudicū ſuo
rum quomodolibet pertinente iudices maioris curiæ ſeu præſidatuum ad locū de/
licti, ſeu ad perſonas de delictis culpabiles aſſeruntur nullatenus niſi ex magna & eui
denti cauſa Rectoris arbitrio & cum Theſaurarii & iudicum ſuorum cōſilio decer/
nenda valeant ſeu debeant proficiſci. Sed ſi ſuper cōmiſſis delictis aliqua generalis
vel ſpecialis ſūmaria vel alia prout Rectori ſeu iudici videbitur informatio fuerit fa
cienda vnus, ſeu duo Notarii idonei & fideles ad informationem recipiendam hu/
iuſmodi & pro deſcribendis delatorum bonis & aliis quæ occurrerent per Recto/
rem ſeu iudicem tranſmittantur, & qui criminoſi ſeu culpabiles aſſeruntur de crimi
nibus, de quibus Ciuitates vel loca iuriſditionem non haberent pro ſubeunda iuſti/
tia ad maiorem curiam veniant, & per Poteſtates, Rectores & regimina terrarū ad
ipſam maiorem curiam & Iudices ſub fida cuſtodia trāſmittantur. Si vero Poteſta/
tes Rectores & regimina terrarum vbi malefactores: ſeu delati latitarent, ſeu mora/
rentur, continuo etiam illo tempore in quo ipſi officiales per prædictos Rectores
vel Iudices exiſterent requiſiti non curarent vel iniuſte differrent delatos huiuſmo/
di ad præfatam curiam maiorem ſub fida cuſtodia remittere & perſonaliter exhibe
re ex tunc ipſo facto Ptās: Rector & regimina ſniam excōmunicationis incurrant
& terra vbi delati huiuſmodi fuerint requiſiti eccleſiaſtico ſuppoſita iterdicto &
nihilhominus incurrat poenam mille florenorum auri camere Ro. eccleſiæ appli/
candam. Inſuper quia contingit interdum neceſſitas infirmitatis vel abſentiæ, vel
alterius iuſti impedimenti propter quod quicūq; dictorū iudicum ſuo officio præ/
ſentialiter in loco curiæ ſeruire nō poſſit. ℂ Statuimus ꝙ tunc alter ex eis vel aduo/
catus

catus fisci possit tenere locum absentis a loco curiæ, vel vt prædicitur impediti, quē ipse principalis iudex: cuius locus tenendus est, vel rector ad id duxerit deputandus. Ad plenam probationem huiusmodi locumtenentis deputationis sufficiat, si nota/rius actorum siue cameræ in quocunq; actu qui per eum fieret in sua scriptura notet seu appellet eum locūtenentem etiam, si aliter de cōmissione huiusmodi nō consta ret. Volumus tñ q; si absentia vel impedimentum hmōi fuerit in iudice maleficiorū minus.xx.diebus, eius locūtenens non possit interim sniam absolutoriam ferre de crimine, nec testes in causa criminis publicare. Et prædicta locum habeant etiam in iudicibus aliorum rectorum dictarum prouinciarū iuxta officium per rectorem ipso rum cuilibet attributum.

¶De officio iudicum præsidatuum. Rub. VI.

EGidius eps̄ Sabineñ. Apostolicæ sedis legatus, & dñi Papæ vicarius. ¶Pro cō moditate prouincialium: vt facilius consequantur iustitiam cum eam possint a pluribus inuenire ab antiquo existit ordinatum, & ab inde continue consue tum officium iudicum præsidatuum Marchiæ: ad quoꝝ in suis præsidatibus offici/um & iurisditionem pertinet cognoscere & terminare: criminales & ciuiles primas causas procedendo & sententiādo sm̄ formam ꝯstōnum, sicut iudices curiæ dictæ Marchiæ generales. Verū qa decēs & iuri consonum est, q; maiores causæ & arduæ ad maiorem curiam deferanť, & ēt litigantiū exposcat vtilitas q; arduæ causæ & gra ues ventillentur in auditorio in quo inuenitur co pia petitorum. Statuimus q; cau/sæ dominii seu iurisditionum castrorū & causæ contentionis territorii inter ciuita/tes & castra & causæ vassallagiorum & homagioꝝ & causæ iurisditionū vel priuile giorum, quæ ꝑtenderēt cōtra ecclesiam: vel apostolicam sedē: vel curiā rectoris & suorum officialium & causæ bonoꝝ cameræ cōfiscatorū & ꝑtendentiū ius in eis, & causæ inter fiscū & priuatos seu cōitates non per ipsos ꝑsidatuū iudices, sed per recto res Marchiæ vel suos iudices generales, ad quos pertinent: cognoscantur & etiam terminenť.

¶De casibus atrocibus & capitalibus nō cognoscēdis absq; licētia rectoris. R.VII.

BErtrandus eps̄ Sabineñ. dum erat archieps̄ Ebrediñ. & reformator in suis cōsti tutionibus. Item eadem auctoritate statuimus & ordinamus q; iudices præsi/datuum de criminalibus atrocibus & capitalibus ad eorum examen deductis, vel in posterum deducendis, possint cognoscere & plene examinare vsq; ad diffi/nitiuam sniam exclusiue. Sniaᵉ aūt absoluendo vel condēnādo, nullatenus valeāt nisi rectore primitus requisito. Qui rector iuxta suum beneplacitum cām hmōi cri/minalem ad se seu ad maiorē curiam reuocabit, vel iudici prædicto ꝑsidatus remit/tet & dimittet sententialiter terminandam. Alias autem causas præfati iudices indi/stincte audiant & decidant, & debite exequantur.

¶De cōpositionibus per iudices ꝑsidatuū nō fiēdis absq; licētia rectoris. R. VIII.

IIdem Bertrandus reformator. ¶Item eadem auctoritate statuimus & ordina/mus q; iudices ꝑsidatuum prædictorum super delictis ad eorum examen dedu/ctis, nullam transactionem seu compositiōem possint facere vel recipere: vel pe cuniam pro delicto debitam remittere, rectore & thesaurario inconsultis, sed cum transactio, compositio vel remissio eis videbitur facienda, & in aliis pœnis & deli/ctis in quibus per nostras constitutiones non est certa limitata pœna, prædictis re/ctori & thesaurario cum plena instructiōe negocii cōscientiam facere teneantur.

¶De appellationibus cognoscendis per iudices præsidatuum. Rubrica. IX.

NEapoleo tituli sancti Adriani Diaconus Cardinalis, rector Marchiæ. Quia quod a pluribus queritur: facilius inuenitur: et cum in locis causæ graues & arduæ sint tractandæ: vbi copia iuris peritorum existat hoc perpetuo phi-bemus edicto: q nullus particularis iudex per Rectoré in aliquo p̃sidatu constitutus prouinciæ supradictæ audeat vel p̃sumat de aliqua causa appellationis cognoscere interposita ab aliqua sententia pcessu ciuili vel criminali excedente sũmam. xxv. li-brarũ denariorum Rauennatuũ, siue eius æstimationem, vel de aliquo grauamine, cuius interesse videatur excedere dictam summam, sed de ipsis causis siue pcessibus, de quibus fuerit appellatum, quæ p̃dictam summam: siue summæ æstimatiōem ex-cederent ad rectorem & suum iudicem appellationum seu ipsorum alterum recur-ratur. Et nihilominus etiam in minimis causis: q̃ nec dictam summam excedũt, pos-sit dictus iudex appellationum cognoscere & iurisditionem habeat in eisdem & ad eum & suam curiam possit libere appellari p ut placuerit & videbitur expedire: & p cessus factus coram iudice p̃sidatus contra formã pñtis ꝯstõnis nullius firmitatis exi-stat. Adiicimus ꝯstõni p̃dictæ: q vbi infra sũmam. xxv. libr. denariorum talis iurisdi-tio coartatur vsq; ad quadraginta libras denariorum eãdẽ duximus extendendam.

De officio Marescalli. Rubrica. X.

EGidius ep̃s Sabineñ. apostolicæ sedis legatus, & dñi nostri Papæ Vicarius. Ma-rescalli est decens & expediens offm̃ declarare, & qd ad eius curiam spectet pñ-ti ꝯstõne monstrare. Teneatur itaq; ipse Marescallus executiones sniaꝶ ꝯdẽna-tionũ lataꝶ super criminalibus ad poenas criminales personales vel reales facere per se vel alium p ut expediens fuerit ad requisitionem seu mandatũ rectoris seu iudicis ꝯdemnantis: vel sui successoris in officio, aut ẽt ad requisitionẽ thesaurarii de cõdẽ-natis cameræ per snias apud ipsum thesaurariũ existentes. Et exbãditos, cõdemnatos & malefactores psequi & capere & capi facere iuxta posse ad requisitionem p̃dicto-rum vel alterius eorundẽ, & alias executiones contra rebelles uel inobedientes face-re, quæ sibi ex iusta cã impositæ fuerint per rectorem. Et quotiens p p̃dictis accesse-rit extra terram residentiæ curiæ dicti rectoris, vadat cum littera dicti rectoris conti-nente cãm pro qua mittitur declaratam, & non ducat secũ vltra tres eqtes: & sex pe-dites alienis expensis, nec cameræ, nisi negociũ siue maleficium p quo mitteret: eẽt arduum, & cõtra potẽtes hoies vel cõmunitates, de quibus sit verisimile, q ad illud contra eos expediendum dictus Marescallus non sufficiat cũ eqtibus & peditibus añ-dictis. Quo casu Rector possit augere numerum equitum & peditum ducendorum moderate tñ, pro ut opportunitas negocii exiget bona fide & ex iusta cã, super quo ipsius rectoris cõscientiam oneramus, & numerus quem ordinandũ tunc duxerit in dictæ cõmissiõis littera declaret. Et cum ipsum Marescallum pro prædictis fm dictã formam, non in seruitium alicuius priuatæ personæ ire contingerit: possit recipere singulis diebus sui accessus moræ & redditus octo anconitanos argẽteos pro suo & sui equi salario, & expẽsis. Et p quolibet equite: quem secum duxerit de suis vel hñti-bus stipendium ab ecclesia duos Anconitanos de argento & dimidium. Et pro quo-libet pedite stipendium habente ab Ecclesia vnum anconitanum de argento. Et p quolibet equite stipendium non habente quinq; anconitanos de argento, & pro quolibet pedite stipendium non habente duos anconitanos, & vltra aliquid pro ex-pensis vel salario velamine aliquo vel modo non possit petere, recipere, vel habere quæ salaria persoluantur de bonis illorum contra quos pro executione marescallus vel eius Locũtenens, aut Notarius mittitur, siue sit cõitas, siue singularis persona, qñ tñ mittitur contra singulares personas & non propter delictum cõitatis, nihil cõmu-nitas sibi soluat pro salario vel expensis. Et si tunc qñ itur pro delicto siue inobediẽ-tia, aut culpa singularium personarum nõ inueniretur de bonis ipsorum malefacto-rum. Thesaurarius de pecunia cameræ pro qua itur, ipsa salaria soluere teneatur, & quando contra plures singulares personas acceditur vt prædicitur: & fit executio in

eadem

eadem ciuitate vel castro, seu territorio per omnes pro rata dicta salaria persoluant, nec pro se marescallus, quando ipse personaliter non accedit, præsumat quicquam accipere, etiam si sponte offeretur.

¶ De officio & mercede notariorum camere rectoris & sigilli. Rub. XI.

EGidius Sabinensis eps apostolicæ sedis legatus, & dni Papæ vicarius. Cupientes nullas fieri exactiones illicitas, & maxime per existētes circa latus rectoris, sicut alias pluries factū esse audiuimus. Salaria scripturarum notariorum cameræ rectoris, & solutiones pro sigillo eiusdē rectoris taxamus & limitamus: vt infra sequitur. Mādantes ipsis notariis & sigillum ipsum tenentibus, ne vllo modo aliquid vltra ipsam taxationem recipere audeant pena vnius floreni auri pro quolibet & qualibet vice qua contrafecerit & ad restitutiōem eius quod acceperint & quadrupli per rectorē effectualiter cōpellantur. In primis pro litteris & sigillo capitaniæ siue rectoriæ Massætrabariæ & terrarum sanctæ Agatæ quatuor florenos. Pro litteris & sigillo officii marescalli vel officii iudicatus curiæ generalis vel præsidalis vel officii aduocatiōis & procurationis fisci vel camere ad negocia vel officii iudicatus cōmitatus quondā Fani seu cuiuscunque officii ex predictis & qualibet dictarum litterarum sigillatura duos florenos auri. Pro litteris & sigillo potestarie cuiuslibet ciuitatis vel terre de maioribus vel magnis florenos duos. De mediocribus florenum vnum. De paruis vel minoribus florenum medium. Pro litteris & sigillo cuiuslibet cancellariæ presidatuum aut comitatuum predictorum florenum vnum. Pro notario cameræ thesaurarii tātūdem. Pro litteris & sigillo officii cuiuslibet notarii generalis vel psidalis, vel comitatuum pdictorum vnum florenum. Pro litteris & sigillo cuiuscunque dispensationis officii florenum vnum. Pro litteris & sigillo securitatis cōis & hoibus alicuius ciuitatis vel terræ de maioribus vel magnis florenum vnum. De mediocribus decē anconitanos de argento. De paruis vel minoribus sex anconitanos de argento. Pro litteris & sigillo securitatis alicuius personæ singularis duos anconitanos de argento. Pro litteris & sigillo concessionis represaliarum pro communitate florenos duos. Pro singulari persona florenum vnum. Pro litteris & sigillo cuiuscunque præcepti anconitanos quatuor. Pro littera clausa quæ mittitur in seruitiū alicuius personæ & sigillo anconitanos duos. Pro littera & sigillo licentiæ edificationis vel reparationis duos florenos. Pro littera & sigillo confirmationis gratiæ iudeorū quatuor florenos. Pro litteris & sigillo licentiæ quæ datur questuariis florenos duos. Pro littera & sigillo quod supersedeatur in aliquo processu etiam de consensu thesaurarii quatuor anconitanos. Pro littera & sigillo mandati, quod tollatur processus contra singularem personam factus anconitanos octo. Si factus sit cōtra cōitatem florenū vnum. Pro litteris & sigillo diminutionis fumantium pro quolibet centenario fumantium florenum vnum. Pro litteris & sigillo super appellatione interposita ad rectorem duos anconitanos. Pro appellationis exhibitione in publicam formā anconitanum vnum, Pro interpositione & registratura dictæ appellationis, quando interponetur coram rectore tres anconitanos. Pro instrumento publico cōmissionis, cuiuscunque causæ duos anconitanos. Pro litteris & sigillo concessionis executionis quæ fieret per rectorem ad instāriam alicuius tres anconitanos. Pro aliis scriptu ris aliorum actorum iudicialium recipiant: sicut debent recipere notarii bancarum. Pro registratione cuiuslibet litteræ domini rectoris registrandæ, quæ esset cōcessa in seruitium alicuius duos anconitanos. Pro reassumptione cuiuslibet litteræ registratæ, recipiat tantum quantum de prima littera. Pro aliis litteris priuilegiis & scripturis: de quibus supra non esset determinatum in earum singulis procedat sm magis simile. Et si nullo mō simile reperiretur, recipiant quod rector taxauerit & non aliter. Pro instrumēto publico cōpositiones liberatiōis & absolutiōis, q̄ fierent cum ipso rectore vel eius officialibus. Bonifacii octaui ɔstōne cauetur, quod non plus q̄ notarii thesaurarii recipiant: cuius ɔstitutionis tenor infra sub rubrica pxima ɔtinetur.

¶ De solutionibus Notariorum Thesaurarii. Rubrica. XII.

Bonifacius papa octauus. Notarii vero cameræ rectoris, & Notarii thesaurarii dictæ prouinciæ: quorum per constitutiones prædictas salarium nō taxatur. In salariis suis modus infrascriptus obseruetur. Notarius quidem Thesaurarii pro instrumento, siue apodissa solutionis & quietationis: si quantitas soluta centum solidos non excedat, duos solidos, & si excedit vsq; ad centum libras, denarios quatuor pro libra quantitatis solutæ. Si vero centum libras excedit, duos denarios vsualis monetæ: ad quam fit compositio, habeat pro libra qualibet quantitatis solutæ contentæ: dummodo pro instrumento huiusmodi quantæcunq; fuerint summæ vltra centum solidos memoratæ monetæ accipere non præsumant. Notarius vero cameræ dicti Rectoris pro instrumento compositionis liberationis & absolutionis quæ fiunt cum ipso Rectore vel eius officialibus, & per eos seruatis distinctionibus supradictis circa salarium Notarii Thesaurarii recipiant & non vltra: ita videlicet, ꝙ pro quantitate remissa nihil exigat vel accipiat quoquo modo. Pro cancellatione autem sententiæ vel actorum quorumlibet nihil omnino soluatur.

¶ De solutionibus Notariorum Thesaurarii. Rubrica. XIII.

Egidius Sabineñ. eps apostolicæ sedis legatus, & domini nostri Papæ vicarius. ¶ Statuimus & ordinamus, ꝙ Notarii Thesaurarii pro copia cuiuscunq; cōdēnationis & scripturæ per eos de camera exhibenda in publicam formam, vt infra declaratur, recipiant & non vltra, videlicet. Pro copia cuiuscūq; condemnationis quæ sumetur in publicam formam de archiuiis, recipiant s̄m infrascriptam taxationē, videlicet. Si condemnatio fuerit de minimis maleficiis, vtputa verbis iniuriosis insultu damnis datis, & similibus, recipiāt duos anconitanos. Et si ꝯdemnatio fuerit de aliquibus grauioribus sicut percussionibus sine sanguine & innouatiōibus factis sine carceratione vel personali offensione, recipiant quinq; anconitanos cū dimidio. Et si condemnatio fuerit de atrocibus, vtputa percussionibus cum sanguine, vel membri amputatione, vel debilitatione, vel homicidio: vel robatiōe in nouationibus factis cum carceratione: vel personali offensione, recipiant quindecim anchonitanos. Et si in vna condemnatione continerentur plures personæ cōdemnatæ, quæ ponerentur in copia huiusmodi pro qualibet persona vltra primam, recipiāt medium anconitanum: ita tñ ꝙ copia vnius condemnationis quotquot personæ fuerint, summam triginta anconitanorum non excedat. Et si condemnatio esset contra vniuersitatem: recipiant pro copia duplum eius: quod dictum est de cōdemnatione singularis personæ: etiam si ibi continerentur officiales nominatim, vel non nominatim. Pro rubricis condemnationum cum nominibus & cognominibus condemnatorum & effectuum saltem in genere delicti & pœna imposita. Si fuerint singulares personæ condemnatæ, vna condemnatione tantum, recipiant duos anconitanos. Et si pluribus condemnationibus pro qualibet vltra pmam recipiat vnum anconitanum. Et si plures essent in eadem condemnatione pro quolibet vltra primum medietatem eius, quod dictum est de primo. Et si fuerit vniuersitas condemnata cum officialibus, vel sine, recipiant pro prima tres anconitanos: & pro qualibet alia vnum Anconitanum. Pro instrumentis seu apocis in publicam formam solutionis tallearum pro qualibet libra duos denarios monetæ solutæ. ¶ Pro cassatione & renouatione fumantium mandato rectoris causa cognita pro quolibet centenario fumantium diminuto vnum florenum & pro rata, vt tangit.

¶ De salario & mercede scripturarum notariorum bancarum. Rubrica. XIIII.

Egidius

EGidius Sabineñ. eps apostolicæ sedis legatus, & dñi Papæ vicarius. Notarii bãcarum curiæ quorumcunq; iudicum tam generalium q̃ præsidalium teneantur & debeant seriose & per ordinem registrare omnes & singulas scripturas quæ producentur coram eis totas & integras: & pro scriptura quam non registrauerint, non possint recipere aliquam solutionem. A prædicta registratione excipimus acta publica, seu copias publicas actorum facta in alia curia, seu coram aliis iudicibus, officialibus: seu arbitris: aut arbitratoribus, quæ producerẽtur coram ipsis notariis, seu eorum iudice, de quibus sufficiat scribere in actis productiõem distinctam & certam ſm iura, ita q̃ possit apparere de copia talium productorum. Et in qualibet banca cuiuslibet dictorum iudicum deputetur vnus ex Notariis ipsius bancæ in cancellarium per Rectorem & Thesaurarium, qui Cancellarius prouideat & curet sollicite, vt acta omnia illius bancæ scribantur extense & per ordinem in quaternis & non in cedulis, & registrentur per ordinem in eisdem libris seu quaternis, & ipse solus & non alius ex Notariis bancarum recipiat solutiones pro scripturis productis & actis registratis ſm taxationem infrascriptam & non plus vllo modo. Et totum quod inde receperit & perueniet ex dictis scripturis: diligenter conseruet: & singulis Kalendis de ipsis mercedibus siue salariis sic perceptis & conseruatis per eum, faciat fidelem & legalem distributionem in hunc modum, videlicet, q̃ quartam partem ipsarum mercedum, siue salariorum Thesaurario Romanæ ecclesiæ pro ipsa camera assignabit. Medietatem vero æqualiter distribuet inter se, & alios Connotarios eiusdem bancæ pro eorum salario pro rata, & reliquam quartam partem dabit & assignabit pro expensis suis & consociorum Notariorum Rectori vel iudici: cuius expensis steterint, aliam inter seipsos distribuent pro expensis pro rata. ¶ Solutiones vero quas recipere debet dictus Cancellarius pro omnibus scripturis registratis: & in actis positis per ipsum, & alios Notarios suæ bancæ, limitamus & taxamus in hunc modum: videlicet q̃ pro ipsis actis & scripturis (vt prædicitur) registratis, & in libro positis, recipiat vnum Anconitanum de argento pro qualibet charta siue folio, quæ charta siue folium debeat continere ad minus quinquaginta lineas; siue virgulas: & quælibet linea debeat continere ad minus sexdecim dictiones. Et si fuerit scriptura breuior vel prolixior, semper soluatur pro rata, exceptis præceptis factis in confessos, & secundis Decretis & diffinitiuis sententiis ciuilium & criminalium causarum: tam principalium q̃ primarum & secundarum appellationum pro quibus possint solutiones recipere, ea registrando ſm infrascriptam limitationem; & non vltra: videlicet in causis ciuilibus. ¶ Pro præcepto facto in confessum, si quãtitas non excedat valorem centum solidorum, recipiat a petente duodecim denarios. Si vero fuerit maior, non tamen excedat vigintiquinque libras: recipiat solidos duos. Si vero fuerit maior, tñ non excedat quinquaginta libras: solidos tres. Et ab inde supra vsq; ad centum libras, solidos quatuor. Si vero fuerit maior cuiuscũq; quantitatis vel æstimationis, recipiat pro quolibet centenario duodecim denarios, dũmodo non excedat summam viginti solidorum. ¶ Pro secundo vero decreto recipiat medietatem eius, quod infra dicitur de diffinitiua sententia. ¶ Pro diffinitiua vero sententia in causa ciuili principali, cuius valor non excedat summã centum solidorum, recipiat a qualibet parte solidos tres. Si vero sit maioris summæ nõ tamen excedat decem libras, a qualibet parte recipiat solidos quatuor. Si vero sit maioris quantitatis, non tamen excedat summam vigintiquinq; librarum, a qualibet parte, recipiat solidos quinq;. Si vero sit maioris quantitatis: non tamen excedat quinquaginta libras, a qualibet parte recipiat nouem solidos. Si vero sit maioris quantitatis, non tamen excedat centum libras, recipiat a qualibet parte quindecim solidos. Si vero sit maioris summæ, non tamen excedat ducentas libras, recipiat a qualibet parte viginti solidos. Si vero sit maioris summæ, non tamen excedat quingentas libras, a qualibet parte recipiat triginta solidos. Si uero fuerit maioris summæ, non tamen excedat mille libras, a qualibet parte recipiat quadraginta solidos. Si uero excesserit mille libras cuiuscunque quantitatis uel ualoris fuerit

res:a qualibet pte recipiat tres libras,& nō plus. A mille libris supra,recipiat vltra di ctas tres libras decē solidos pro quolibet milliari quotcūq; fuerit, dūmodo nō ex/ cedat sūmam viginti solid. Et si aliqua partiū esset cōtumax,non,ppterea plus reci piat a parte præsenti in omnibus summis supradictis. Et prædicta solutio de sum/ mis sufficiat,siue vna persona,siue plures quotcunq; fuerit per partem in causa illa, vel sententia,& similiter de supradictis præceptis. In causis autem criminalibus meris & mixtis pro prima scriptura sententiæ & registratura in quinterno, si fuerit condemnatoria: nihil omnino recipiat. Sed si aliqua partium eam publicam vo/ luerit,recipiat tantum quantum debet recipere de prima scriptura sententiæ abso/ lutoriæ.Pro sententia diffinitiua absolutoria,& prima scriptura eius registratiōe in causa criminali mera vel mixta:siquidem ipsa sentētia fuerit lata super minimis ma leficiis,videlicet super verbis iniuriosis,damnis datis:insultu, & similibus, recipiat duos anconitanos. Si vero lata fuerit super aliqualiter grauibus:utputa percussio nibus sine sanguine,innouationibus factis sine personali offensione,vel carceratio ne,vel similibus,recipiat quatuor anconitanos. Si vero lata fuerit super atrocibus, vtputa percussionibus cum effusione sanguinis, vel membri debilitatione, vel am putatione,vel homicidio,vel robaria,vel innouationibus factis cum incarceratio/ ne:vel personali offensione,vel similibus,seu grauioribus: aut maioribus: recipiat a parte absoluta decem anconitanos.Si vero talis sententia lata fuerit pro pluribus existentibus in eodem processu,a quolibet vltra primum recipiat medium anconi tanum,ita tamen q̄ summa non excedat viginti anconitanos.Si vero sententia ab solutoria lata fuerit pro cōmunitate vel vniuersitate alicuius ciuitatis,terræ,vel lo/ ci:etiam si ibi comprehendantur officiales nominatim: vel non nominatim,reci/ piat duplum eius,quod dictum est de specialibus personis.In causis vero appellatio num pro diffinitiua sententia scribenda & registranda,recipiat tantundem quantū recipi debet in sententia diffinitiua principalis causæ ciuilis vel criminalis.In spiri/ tualibus vero causis quæ non recipiunt æstimationem pecuniariam,sicut est causa electionis institutionis præsentationis vel matrimonii recipiat iuxta taxationē facien/ dam per spiritualem vel eius iudicem.Et omnes dictæ solutiones supra in hac con stitutione & in aliis constitutionibus in hoc volumine insertis contente intelligā/ tur ad monetam & de moneta de qua anconitanus de argēto valeat quattuor soli/ dos denariorum.Et semper in huiusmodi solutionibus anconitanus recipiatur pro quatuor solidis:& bononenus de argento pro duobus solidis.Pro copia vero in pu blicam formam datā parti dictarum scripturarum omnium, semper recipiat ad mo dum chartæ siue folii intellecti,ut supra, vnum anconitanum de argento pro rata: Et si aliquis de notariis mitteretur extra curiam salarium,quod inde percipit,dedu/ ctis congruis expensis, statim cum redit debeat cancellario suæ bancæ assignare, qui illud conseruet & distribuat:sicut alia salaria supradicta.

¶De sigillis pertinentibus ad bancas & eo℞ solutionibus. Rubrica.XV.

EGidius episcopus Sabinensis Apostolicæ sedis legatus,& domini nostri Papæ vicarius.Sigilla pertinentia ad administrationem iustitiæ in curia generali p̄/ ter sigillum proprium Rectoris:statuimus esse tria.quorum duo sint apud the saurarium vel eius notarium:vnum quorum sit longum,& vocetur sigillum curiæ spiritualium:cum quo sigillentur omnes & singulæ litteræ,quæ occurrunt in qui/ buslibet causis ad forum & iurisditionem rectoris spiritualium & sui iudicis super spi ritualibus pertinentibus:& sine illo sigillo illis litteris non credatur. Aliud dictorum duorum sigillorum, vocetur sigillum curiæ generalis, cum quo sigillentur omnes litteræ pertinentes ad causas vertentes coram iudice ciuilium,& coram iudice ap/ pellationum dictæ curiæ generalis,& coram cōmissariis,& sine illo sigillo illis lit/ teris non credatur.Et pro dictis sigillis recipiat thesaurarius vel eius Notarius quan titates inferius denotatas pro camera & non vltra.Tertium vero sigillum vocetur

& sit sigillum

& sit sigillum curiæ maleficiorum, quod sit apud iudicem maleficiorum vel Notarium bancæ, siue Cancellarium cum quo sigillentur gratis omnes litteræ pertinentes ad causas criminales, & sine illo sigillo illis litteris non credatur. ℭ Litteræ autẽ prædictæ in omnibus curiis antedictis, nullatenus per Thesaurarium vel eius Notarium sigillentur, nisi prius sint visæ & bullatæ per iudicem, pro cuius parte dirigun tur, cuius iudicis bulla visa in litteris Notarius Thesaurariis tenens dicta duo sigilla sine difficultate aliqua, sigillo conuenienti sigillet: pro qua sigillatura & cera recipiat pro camera, vt infra videlicet. Pro sigillatura litteræ citatoriæ, sex denarios. Et si plures sint citandi pro quolibet vltra primum, duos denarios, dummodo summam duorum solidorum non excedat. Pro sigillatura litteræ appellationis cum mandato, duodecim denarios. Pro sigillatura cuiuscunq; præcepti, duodecim denarios. Pro sigillatura secundarum litterarum appellationis, duodecim denarios. Pro sigillatura litterarum tenutæ & executionis reuocationis tenutæ vel executionis pro quolibet prædictorum duodecim denarios. Pro sigillatura litteræ excõmunicationis & denunciationis, medium anconitanum. Pro sigillatura litteræ absolutionis ab excõmunicatione medium anconitanum. Et si plures fuerint excõmunicati: vel denunciati, vel absoluti: pro quolibet vltra primum, duodecim denarios. Pro sigillatura litteræ reuocationis in forma cum nonnulli: tres solidos. Pro sigillatura litteræ reuocationis interdicti positi in aliqua ciuitate: & pro ipsis litteris: florenos duos auri. Si in Communantia, florenum vnum. Si in aliquo castro: anconitanos decem. Pro sigillatura litterarum suspensionis interdicti, & litteris in ciuitate, florenum vnum: In Communantia: octo anconitanos. In castris vero quinq; anconitanos. Pro sigillatura litterarum suspensionis interdicti pro vna die occasione festiuitatis alicuius, vel sepulturæ mortui, & pro ipsis litteris anconitanos sex.

ℭ De viagiis iudicum, & officialium, & maiorum, ac commissionum salariis. Rubrica. XVI.

Egidius episcopus Sabineñ. Apostolicæ sedis legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. ℭ Quanquam viagia & absentationes iudicum & officialium rectoris a loco curiæ non sit decens absque causa iusta fieri: tamen propter exigentiam negociorum multorum curiæ rectoris & cameræ, & cultum iustitiæ, oportet quandoq; viagia & accessus fieri per terras: & sic est solitum ab antiquo. Ne autem prouinciales ex talibus viagiis vltra debitum aggrauetur. Statuimus q nullus iudex aut officialis curiæ rectoris, viagia vel executiones faciat contra formam constitutionum insertarum in isto volumine, nec absque speciali commissione & litteris specialibus rectoris præfati. Et rector nullo modo concedat nec cõmittat, nisi cum ex iusta causa cognouerit expedire. Et iudex pro qualibet die recipiat duos florenos auri & non plus. Notarius vero eius recipiat pro se & equo trigintaquinque solidos denariorum & non plus. Quæ salaria soluantur per illos, propter quorum defectus mittuntur, siue sit communitas, siue singulares personæ. Si vero non ob defectum alterius, sed pro pace inienda, vel conseruanda, aut pro magno futuro scandalo, seu damno vitando, seu ob aliud publicum bonum mittetur, tunc soluantur dicta salaria per illos, quos Rector in dictis commissionis litteris iusta causa motus duxerit declarandos. Et idem modus seruetur de Notariis, qui ex dictis causis, siue quacunque ipsarum mittuntur, saluo q eorum salarium pro se & equo, & famulo, vel bayulo: quem secum ducat & teneat, & eorum expensæ decem anconitañ. de argento per diem, summam nullatenus excedat. ℭ Commissionum autem dictis iudicibus fiendarum per Rectorem de quacunq; causa cognoscenda vel terminanda: salarium limitetur per Rectorem moderatum & facile: ita q viginti florenorum auri summam in vna questione inter vtranq; partem nullatenus excedat.

De executoribus & executionibus. Rubrica. XVII.

EGidius eps Sabiñ. Apoſtolicæ ſedis legatus: & domini noſtri Papæ Vicarius. Executorum multitudinem: & ipſorum effrenatam exactionem in ſubditorum fidelium Eccleſiæ releuamen reſtinguere cupientes. Statuimus ꝙ pro ſingularibus perſonis & earum intereſſe executores decætero non mittantur, niſi petẽtis expenſis: quas tñ a condemnato in expenſis recuperare valeat: ſicut alias expenſas ordine iuris. Et ſimiliter pro vniuerſitate, collegio, vel officiali, aut prælato. Pro curia autem ad inquirendum vbi expedit de maleficio vel capiendo malefactorem vel aliud ſimile opportunum, tunc mittatur de conſcientia Rectoris, tñ expenſis delinquentium, ſiue culpabilium: ſiue declaratorum in littera cõmiſſionis Rectoris vt ſupra in conſtitutione proxima continetur. Pro camera vero quotiens mitti cõtingerit executorem pro tallea, cenſu vel affictu cõtra cõmunitates aliquas non, prumpatur ſubito ad executoris miſſionem, ſed prius per litteras cõmunitas requirat: & eidem mandetur ꝙ ſoluat, & in litteris quantitas perſoluenda: & cauſa propter quã tenetur ſoluere: & terminus ad quem debet ſoluere declaretur, qui terminus ſit poſt præſentationem litterarum vnius menſis ad minus, quo termino elapſo ipſa cõmunitas quæ in ſolutiõe ceſſauerit & contumax extitit (legitimo impedimento ceſſante) vltra illud quod debebat quartũ plus eius, in cuius ſolutione ceſſauit cameræ ſoluere teneatur. Et dicto elapſo termino quandocunq; rectori & theſaurario videbit, poſſit executorem mittere contra ipſam cõmunitatem, qui omnibus modis opportunis exigat quod debetur, & pœnam quarti pluris prædictam, de qua nihil penitus remittatur. Saluis aliis pœnis in ceſſantibus dare & ſoluere cenſum & fictum debitũ in priuilegiis & litteris apoſtolicis ordinatis. Et executor qui pro talibus mittit effícaciter executionem faciat diligenter & ſollicite toto poſſe & ingenio continue laborando per pignorum captionem & perſonarum detentionem: & modis aliis opportunis, & aliter ſalarium habere non debeat. Si vero mitteretur executor pro camera ad exactionem & condemnationem pecuniarum, ſeu pro incorporando, aut locando bona confiſcata, aut pro aliis iuſtis negociis cameræ, & pro ipſius cameræ vtilitate: Theſaurarius de pecunia & habere cameræ ſalarium ſoluere teneatur. Salaria vero executorum: quæ taxauimus eiſdem pro ſuis laboribus & expenſis, vltra quæ nihil omnino occaſione alicuius executionis recipiant pœna vigintiquinq; librarum denariorum pro quolibet & qualibet vice: & reſtitutionis eius, quod vltra accepit cum duplo, ſunt iſta. Videlicet, ꝙ ſi executor iuerit & continue ſteterit cum equo pro qualibet die ſui acceſſus moræ & reditus, recipiat triginta duos ſolidos denariorum. Et ſi duxerit & ſecum tenuerit vnũ famulum ſiue bayulum, recipiat pro illo quolibet dictorum dierum octo ſolidos denariorum. Et ſi executor fuerit bayulus vel alius pedes miſſus ſine equo, recipiat pro quolibet die ſui acceſſus moræ & reditus, decem ſolidos. Et quolibet caſu prædictorum debeat executor pro executione efficaci diligenter & continue laborare, aliter nullum ſalarium habeat: & puniatur vigintiquinq; libris denariorum. Et plures executores ſimul ad eandem terram pro eodem negocio non mittantur: & ſimul & eodem tempore, etiam pro curia eadem perſona vel communitas pluribus executoribus non debeat fatigari. Sed omnes tunc opportunæ executiones pro curia contra eandem Communitatem: vel ſingulares perſonas in eadem terra vni executori & non pluribus committantur. Et quando ad plures terras itur per eundem eodem viagio pro die pro qua ſolueretur ſibi in vna terra, nihil in alia terra recipiat, nec pro viagio a loco curiæ acceſſus & reditus, ſed ſolum pro tempore moræ in quacunq; terra ſoluatur eiſdem.

De capitibus ſolidorum, ſiue ſalariis ſoluendis cameræ aligantibus. Rubrica. XVIII.

Egidius

EGidius Episcopus Sabinensis apostolicæ sedis legatus, & Domini nostri Papæ Vicarius. Inueterata cõsuetudo cuius ignoratur initium: & antiquissimæ constitutiones, quarum primordiales ignorantur auctores, licet multi postea quibusdam declaratis, siue additis eas approbauerint & firmauerint, induxere: q̄ in causis ciuilibus & pecuniariis certa salaria soluerentur p̄ salariis, & pro expensis salarioꝝ iudicũ supportandis. In principalibus qđ, siue primis causis, si in contumacia exigente: interponatur primum decretum tempore interpositionis ipsius, ex quo detur tenuta. Et si primum decretum non interueniat, sed fiat præceptum in cõfessum tempore talis præcepti, & si non interueniat tale præceptum: sed procedatur in causa, tunc si quidem sit summaria, vel extraordinaria tempore quo dabitur terminus vtriq; parti ad probandum in causa. Si vero sit causa ordinaria, tunc tēpore litis contestationis. In causa vero appellationis tempore sententiæ, super appellatione ferenda: salaria siue capita solidorum cameræ persoluantur, dũmodo in ea dem causa & eodem negocio non soluantur, vltra quam semel causa durante corã eodem iudice dictæ curiæ, vel suo successore, siue ad alium iudicem per appellationem nullitatem aut restitutionem, aut quomodolibet deuoluatur. In criminalibus autem causis in dicta curia initiatis non soluantur prædicta salaria: nec in capitalibus. nec in pecuniariis vbicũq; initiatis, sed solum in causis condemnationum pecuniarum a quibus ad eandem curiam cõtingerit a curiis particularibus, & officialibus interponi, vel ad eandem curiam cõtra eas super nullitate recurri. Si detur alicui licentia quæ ex vrbanitate: aut ex lege, edicto petatur: super hoc salarium nõ soluatur. Et si fuerit dictæ cameræ semel solutum salarium in causa principalis debiti, & discussionis, licet data de hoc licentia pro eodem debito recurratur ad agẽdum contra pignorum possessores, salarium vlterius non soluatur in causa huiusmodi subsecuta. Quantitas vero capitum solidorum, siue salariorum in dictis casibus cameræ soluendorum, pensatis diligenter antiquis, & nouis constitutionibus, & consuetudine, & vtilitate prouincialium: & curiæ: videtur commode taliter moderanda, videlicet, q̄ in causis, in quibus debēt solui capita solidorum, si causa fuerit vsq; ad ducentas libras denariorum, soluantur pro qualibet libra a qualibet partiũ sex denarii, & a ducentis libris supra vsq; ad quingentas soluantur tres denarii pro libra per quamlibet partem. Abinde supra quantacunq; sit quantitas & valor causæ soluantur duo denarii, pro qualibet libra per quãlibet partem dũmodo salarium summam quinquaginta librarum denariorum inter vtrãq; partem non excedat. Inuenimus esse per antiquas constitutiones prouisum, q̄ si propter euidentem paupertatem, vel alia iusta causa videbitur iudici in totum vel in partem remittendũ possit, huiusmodi solutiones remittere, & quãdo æquitas sic suaserit ipsi iudices in hoc sic caute procedant: q̄ camera in aliquo non fraudetur.

¶ De aduocato & procuratore fisci ad causas cameræ & pauperum, & procuratore ad negocia cameræ. Rubrica. XIX.

BErtrandus Episcopus Sabinensis dum erat Archiepiscopus Ebredinensis & reformator. Item quia segnius expediunt cõmissa negocia plures & examinatione procuratorum & aduocatorum continua causæ fiscales interdum negligenter ducuntur & propter ignorantiam quæ ex prædictorum mutatione contingũt sæpe nimium retardantur & quod est periculosius admittuntur, eadẽ auctoritate volumus & ordinamus q̄ vnus fidelis & discretus & in iure peritus & non de prouincia oriundus existens procurator fisci ad causas & aduocatus simul cõstituatur et cum competenti salario deputet̃ qui in causis fiscalibus motis et mouendis diligenter et fideliter curam habeat et eas pure sine diffugio, et pro utilitate cameræ, et non uoluntarie in aliquorum præiudicium prosequatur et ipsas causas fine debito terminari et executioni mandari, pro utilitate cameræ sollicite procurando.

¶ De Notario, siue procuratore cameræ ad negocia. Rubrica. XX.

IDem Bertrandus. ¶ Item uolentes sic iura Romanæ ecclesiæ sine cuiusquã iniu ria procurari, q̃ per administratorum ignorantiam non admittantur, nec per negligentiam indebite a tyrãnis uel aliis occupentur. Eadem auctoritate statui mus et ordinamus: q̃ unus officialis, procurator ad negocia vulgariter appellatus, p̃ Rectorẽ et Thesaurarium constituatur, et cum competenti salario ordinetur, qui discretus et fidelis, et non de prouincia existens bona mobilia et imobilia cameræ Romanæ ecclesiæ iam confiscata, et alio quouis titulo legitime acquisita uel quo modolibet acquirenda per singulas terras ecclesiæ prouinciæ prædictæ diligenter inquirat: et inquisita et reperta fideliter cum integritate describat: et ad manus ec clesiæ Romanæ recipere et incorporare procuret, et ea cum auctoritate, et uolun tate Thesaurarii ministret, et fructus ex terris et bonis recipiat rationem singulis sex mẽsibus fidelẽ dicto Thesaurario redditurus. Et cũ super occupatiõe: receptiõe, seu descriptione bonorũ controuersia huiusmodi facti uel iuris emerserit, uel ab aliqui bus, iuste vel iniuste fuerit impeditus: controuersia prædicta & impedimentum Re ctori & Thesaurario aut procuratori fisci ad causas referre continuo teneatur, vt su per illo debitum apponatur remedium & tam ecclesiæ Romanæ, q̃ priuatis super hoc ius & iustitia ministretur.

¶ Quod Aduocatus & procurator fisci sit procurator pauperum. Rub. XXI.

NEapoleo tituli Sancti Adriani Diaconus Cardinalis Rector Marchiæ. Aduo cati, & procuratores fisci, sint aduocati & p̃curatores pauperum, sine aliquo salario a pauperibus recipiendo. Quis autem dicatur pauper, Rectoris & iu dicis, discretioni & arbitrio relinquatur.;

¶ De Aduocatis & procuratoribus Collegii curiæ generalis. Rub. XXII.

EX multis antiquis constitutiõibus compilata. Aduocatos & procuratores de collegio Aduocatorum & procuratorum curiæ generalis totius prouinciæ quos vtilimos & decores dictæ curiæ & nostro officio & toti prouinciæ, & prouincialibus & cultui iustitiæ: ac etiam amplitudini fori (experiẽtia docẽte) co gnouimus, gaudere & potiri volumus & decernimus, omnibus & singulis priuile giis imunitatibus & exemptionibus eisdem factis, per quoscunq̃ nostros in officio prædecessores legatos, seu officiales Sanctæ Romanæ ecclesiæ: seu apostolicæ se dis. Quæ omnia & singula ex certa scientia confirmamus, & approbamus, & reno uamus, & statuimus, & mandamus perpetuo inuiolabiliter obseruari obmittentes eorũdem priuilegiorum verbales formas pro eo: q̃ esset valde prolixum eas p̃senti constitutione inserere. Sed de eorũdem priuilegiorum & imunitatum affectibus, hæc duximus principaliter exprimẽda, videlicet, q̃ dictum uenerandum collegiũ, ipsius quoq̃ collegii personas eorũq̃ familias & bona sub nostra & nostræ gene ralis curiæ speciali protectione, familiaritate, & defensione suscipimus, & esse de cernimus. Statuta quoq̃ et consuetudines ipsius collegii ex certa scientia cõproba mus, et ea firma et ualida esse iubemus. Et q̃ dicti aduocati et p̃curatores: et eoꝝ fa miliares nõ possint per aliquẽ vocari vel quolibet trahi in agẽdo vel defendendo in aliquibus causis ciuilibus, et criminalibus spiritualibus vel tẽporalibus ordinariis vel extraordinariis vel quõdolibet cõpelli vel coherceri i aliqua curia vel examine p̃terq̃ rectoris prouinciæ & suorum iudicũ iu curia generali, & quicquid cõtrafieret nõ teneat ipso iure, nec per aliquem officialem Rectoris, vel alium, seu aliam perso

nam torqueri

nam torqueri, vel carcerari sine Rectoris speciali licentia & mandato. Qui etiã di/cti Aduocati & procuratores, & eorum familiæ: & familiares sint liberi & exempti ab omnibus, & singulis angariis, sordidis, & extraordinariis, & quibuscunq; aliis oneribus, & obsequiis meris realibusq; rebus, seu pro rebus immobilibus tantum imponuntur dūtaxat exceptis. Et q in his meris realibus non vlterius grauentur: q̃ cæteri prouinciales cõmuniter: & fm iustitiã onerentur. Quod et prætextu repsa/liarum, quibuscũq; personis concessarum, & concedendarum: vel prætextu, qua/rũcunq; rebellionum inobedientiarum excessuum cõmissorum: vel cõmittendo/rum, per quæcũq; cõmunia vel officiales, vel singulares personas non debeant: nec possint ipsi vel eorum familiares, aut bona capi: detineri, arrestari, vel aliquatenus molestari. Quodq; arma quæcũq; offendibilia vel defendibilia, per totam prouinciam. Et quæcũq; loca Rectoris prouinciæ cõmissa regimini possint ipsi & ipsorũ familiares portare libere & impune: non obstãtibus constitutionibus statutis: & ordinamentis vel consuetudinibus. Quibuscũq; prouinciæ vel dictorum locorum: et prædictorum occasione non possint per aliquos officiales dictorum locorum generales vel particulares molestari vel aliquatenus aggrauari. ¶ Volumus etiam, & mandamus q omnes & singuli Rectores & officiales cõmunitatum quarũcunq; & maximæ vbi Rectoris prouinciæ curiam residere contingerit quandocũq;, & quotienscũq; per dictum collegium vel aliquem de dicto collegio, vel eorum procuratores vel Sindicum fuerint requisiti totum tenorem præsentis constitutionis inde late teneantur inserere, & deinde continue retinere publice in statutis, & volumine statutorum suorum. Ita q verisimiliter possit ad omnium notitiam peruenire. Contrafactores autem contra formam præsentis constitutionis vel alicuius partis ipsius, siquidem officiales vel aliquæ aliæ personæ speciales excõis. Si vero cõmunitas: vniuersitas, vel collegium interdicti sententias quas exnunc, prout extunc in eos & ipsorum quãlibet proferimus in his scriptis, incurrere volumus ipso facto.

¶ Quod nullus de collegio possit recipi in fideiussorem pro aliqua causa ciuili vel criminali. Rub. XXIII.

Decernimus, & ordinamus: q aliquis de dicto collegio non recipiatur in fideiussorem in aliqua causa ciuili vel criminali, vel pro aliquo habẽte, vel habituro aliquam causam ordinariam, vel extraordinariam: ciuilẽ, vel criminalem coram quocunq; iudice vel officiale. Et si receptus fuerit talis fideiussio vel promissio non teneat ipso iure, nisi fideiuberetur, pro aliquo alio de collegio supr. dicto, & q quilibet de collegio, qui postularetur, vel reciperetur in fideiussorem teneatur prædicere iudici, seu officiali, qui eum reciperet, q ipse de collegio prædicto est. Et si non prædixerit puniatur qualibet vice, qua fideiusserit non prædicendo in uigintiquinq; libris denariorum, & nihilominus in fideiussionem, qua sic fecit sit obligatus sicut si collegiatus non esset.

¶ Quod nulla statuta fiant per cõmunitates contra collegiatos. Rub. XXIIII.

Quia in aliquibus terris: in quibus generalis curia rectoris quandocũq; residet, statuta seu reformationes aliquãdo uigent forensium generaliter, vel specialiter contra dictos aduocatos & procuratores, aut alios curiales dictæ curiæ, ut minori pœna offendens eos q̃ alios teneantur: uel offendantur impune uel ipsi de eorum excessibus maiori pœna puniantur, q̃ alii aut cuiuscunq; alterius tenoris. ¶ Statuimus q ipsa statuta locum non habeant nec intelligantur: nec obseruentur contra dictos aduocatos & procuratores: & curiales, & quatenus eos tangunt, & contra eos essent sint nullius efficacie uel momenti.

¶ Quod pro litis, sigillis: & scripturis collegiati nil persoluant. Rub. XXV.

ITem consuetudinem sequentes antiquã statuimus, q Aduocati & procuratores dicti collegii pro scripturis & sigillis Rectoris cameræ iudicum & bancarũ & eorum causis, & negociis nil omnino soluere teneantur. Sed scripturas & sigilla eis gratis fieri, & etiã exhiberi, & i eorũ causis nil ab eis p salariis aliqbus exigat.

¶ Quod Aduocati & procuratores nil exigant ex patrociniis, nisi ut ex conuentione eis competat actio. Rub. XXVI.

EGidius Episcopus Sabinensis apostolicæ sedis legatus: & domini nostri Papæ Vicarius. Item q nullus aduocatus, vel procurator curiæ generalis possit petere aliquid, vel exigere pro salario sui patrocinii, nisi solum illud quod appareret sibi expresse conuentum & promissum, & ab illo tantum qui per se vel procuratorem cũ pleno mãdato illud promisisset, vel ab eius heredibus & successoribus, fideiussoribus: vel expromissoribus. Et hæc locum habeant in salariis patrociniorũ, quæ præstarentur post diem præsentis constitutionis. Et si aliquis peteret aduocatum vel procuratorem, & non esset in concordia de salario, iudex tunc teneat dare aduocatum & procuratorem, & declarare, siue taxare salarium in prima: secunda, & tertia causa, & vltra iudicis taxationem eo casu peti non possit. In salariis vero præstitorum in præteritum patrociniorum volumus q pro sex annis proximæ præteritis remaneat eis ius eorum salarii integrum, pro aliis sex annis exinde proxime præcedentibus possint exigere dimidiam conuenti: vel congrui salarii tãtum a duodecim annis vltra: pro præteritis prius temporibus nil omnino petatur. Item volumus q pro salario patrociniorum præstitorũ ante tempus nostræ legationis nil petatur, vsq ad vnum annum a tempore promulgationis p̃ntis cõstitutionis.

¶ Quod non possit salariũ ab vniuersitate petere, nisi pro vno anno. R. XXVII.

EGidius Episcopus Sabinensis apostolicæ sedis legatus, & Domini nostri Papæ Vicarius. Item q Aduocati & procuratores, siue Sindici constituti, seu cõducti generaliter in causis, seu ad causas absq determinatione temporis certi, vel pro vno anno ab vniuersitate, vel collegio aliquo non possint petere salarium pro tempore futuro post hanc constitutionem, nisi de nouo fuerint conducti pro anno sequenti, vel pro alio certo tempore.

¶ De curialibus curiæ generalis. Rub. XXVIII.

NEapoleo tituli Sancti Adriani Dyaconus Cardi. Rector marchiæ. Curiales omnes & singulos curiæ generalis Rectoris prouinciæ ipsam curiam continue sequentes: vt libere valeant ipsi curiæ continue, vt decet, seruire & ne per aliquos a dicto seruitio aduocentur. ¶ Volumus & ordinamus ad aliquã aliam curiam vel examen inuitos non trahi in ciuili vel criminali, tam in agendo, q̃ in defendẽdo, nisi solum coram Rectore prouinciæ, & sua: & suorum iudicum curia generali: & habeãt imunitatem ab oneribus & muneribus per omnia, sicut illi qui sunt de collegio supra in constitutione proxima nominato. Curiales aũt quantum ad prædicta intelligãtur esse & sint omnes & singuli familiares Rectoris, & suorũ iudicum & stipẽdiarii nostri & cameræ Ro. ecclesiæ & eorũ veri familiares in ministerio stipẽdii & bayuli curiæ scripti in matricula baynlorũ, & alii macellarii, fornarii, seu pistores, viuaterii, & pãnisaculæ, & triculæ, et quicũq alii artifices seruientes & ministri continue sequentes curiam, qui fuerint probati per Rectorem: seu aliũ cui hoc specialiter duxent cõmittendũ, vel per iudicem maleficiorum. Et de his curialibus oibus fiat per eũdem iudicem: seu cõmissarium vnus liber: seu una matricula vbi contineãtur oĩa eorũ nomina, & tempus receptionis, & approbationis eorũ, & per quem recipiunt, & talis matricula ponatur, & sit in actis in camera Romana

& qui in dicta matricula scriptus non fuerit pro curiali nullatenus habeatur.

¶ Quod Aduocati:& Procuratores non teneantur respondere, nec iurare in alia curia. Rub. XXIX.

IDem Neapoleo Aduocatus: procurator, bayulus: vel officialis, qlibet curiæ generalis: si ab aliquo conuentus fuerit, respondere teneatur in curia nostra: tantũ de his omnibus & singulis stetur declarationi curiæ. Illud autem statuendo pcipimus, q̃ quicũq; fuerit Aduocatus, Procurator, Bayulus, vel Officialis curiæ, vel Rectoris prouinciæ: non teneatur iurare in aliqua Ciuitate: Cõmunantia, vel villa: seu quocũq; alio loco, seu quæcũq; præcepta potestatis, Rectoris, seu alicuius officialis: aut Baronis, aut alicuius alterius personæ facere: vel coram eis respondere pro negociis, vel ipsorum occasione, quæ pro curia gerũt, vel gessisse dicunt. Nec potestas, siue Rector: vel alius officialis baro vel quæuis alia persona cogat illum aduocatum vel procuratorem: bayulum, vel officialem quocũq; colore quæsito iurare facere sua præcepta, vel pignus aliquod auferat vel auferri faciat, nec aliquã securitatem accipiat, nec aliquod grauamen minas, siue timorem sibi inferat: vel inferri faciat occasione prædicta, nec aliquam fraudem in prædictis facere præsumat. Ciuitas vero, quæ contra hoc fecerit, vel fieri fecerit: vel mandauerit trecentum librarum, Rector, Comes, vel Baro centum librarum: quilibet alius officialis quinquaginta librarum denariorum pœnis subiaceat. Et insuper pœne priuationis sui officii potestates, officiales, & rectores ipsius decreuimus subiacere. Et q̃ aduocati & procuratores de collegio in nostra curia commorantes extra nostram curiam, in ciuilibus & criminalibus non trahantur inuiti.

¶ De Bayulis & precone. Rub. XXX.

BAyulus & nuncius pro faciendis ambasiatis curiæ Rectoris, nullus ordinetur: vel creætur: nisi ad id sit idoneus & legalis, & qui per iudices Rectoris, vel saltem suum iudicem maleficiorum, pro legali & idoneo, fuerit approbatus, & præstiterit iuramentum corporale & promissionem de faciendo bene & legaliter sollicite, & diligenter, sm formam constitutionum, & cõmissiones sibi fiendas verbo vel litteris per Rectorem eiusq; iudicem & officiales omnes & singulas ambasiatas eis committendas: & ipsas referendo sm formam suæ commissionis & nostrarum constitutionum. Et de prædictis faciendis & obseruandis det vnum vel plures fideiussores si & prout dicto iudici placuerit. Et prædicta omnia reducantur in scriptis, & ponantur in vno libro de hoc fiendo per Notarios curiæ maleficiorum in quo libro scribantur & contineantur omnia nomina bayulorum & eorum promissiones: & iuramenta, & fideiussores. Si per iudicem recepti fuerint cum Anno, mense, & die, cuiuslibet prædictorum. Et q̃ Sindici terrarum teneantur bayulos dicti Iudici assignare & pro eis idoneos fideiussores dare debeant sm modum hactenus obseruatum & inferius declarandum. Illud idem præcipimus, & obseruari volumus in præsidalibus & comitatu quondam Fani, in datione & præstatione bayulorum per Sindicos terrarum, & dicti Sindici teneantur quolibet anno vnã biretam: vel caputeum de rubeo cum signis clauium valoris viginti solidorum eorũ bayulo singulariter expensis cõium prædictorum exhibere. Contrafacientes vero in decem florenis auri, pro quolibet puniantur. Et quilibet bayulus teneatur dcm̃ caputeum, vel biretam continue in capite patenter portare, dum fuerit in terra residentiæ curiæ. Et quãdo in alia terra fuerit tunc tẽpore citationis & exercitii cuiuscũq; officii portare similiter teneaẽ, & si nõ portauerit dictum signum in actu officii cuiuscũq;, quãuis actus valeat, tamen ipse bayulus in decẽ libris denariorũ vice qualibet puniatur, & qui eum incedentem vel existentem absq; prædicto signo, offenderit, non plus puniatur q̃ si priuatam personã aliam offendisset. Et qui nõ fue-

rit ſcriptus in dicto libro et receptus per dictum modú nullatenus pro bayulo ha/
beatur: et ꝙ per dictum iudicem elligátur duo ex dictis bayulis, qui ſint capitanei
omnium bayulorum prædictorum, qui capitanei ambo, uel ſalté unus ex eis mo/
retur continue in terra, vbi curia reſidet toto tempore dicti ſui officii Capitanea/
tus prædicti. Et officium talium capitañ. duret per ſex menſes ad minus arbitrio
iudicis maleficiorum, et abinde ad annum non poſſit eſſe iterum ad tale officium
et faciant, et exerceant eorum officium pro ut eis fuerit impoſitum per dictum iu
dicem: et per ipſum iudicem corrigantur et puniantur ad eius arbitriumiet uolun
tatem. Et quilibet dictorum bayulorum cum erit in loco, ubi reſidentiá fecerit cu
ria generalis teneatur portare caputeum rubeum, uel biretam cum ſignis clauium
Romanæ eccleſiæ: pœna unius floreni auri, quotiens in aliquo prædictorum fue/
rit contrafactum. Volumus tamen ꝙ prædictis non obſtantibus quando iudici di/
ctæ curiæ uidebitur, et maxime quando non inueniretur cõmoditas nunciorum
in dicta matricula deſcriptorum: poſſit per alium ſpecialem nuncium coram ſe iu
ratum ſuas litteras facere præſentari, et eius relationi credatur. Et ſi per, Notarium
actorum cameræ in cõmiſſione, ſiue relatione citatiõis, uel banni appelleť, ſeu vo
cetur quis bayulus, ſiue preco credatur ꝙ ſit bayulus: ſiue preco abſq; probatione.
Et ſi littera citatoria uel mãdatoria præſentaretur per partem uel aliam perſonam
cum rogatione Notarii, qui inde faciat inſtrumentum publicum continens teno/
rem talis litteræ: & alia ſolemnia inſtrumentorum ualeat citatio, abſq; bayulo &
credatur de citatione inſtrumento publico. Nomina autem terrarũ q̃ conſueuerũt
& debent curiæ bayulos aſſignare cum numero bayulorum: quos aſſignare cõſue
uerunt & debẽt: ſunt hæc, uidelicet terrarum magnarũ & maiorum cõmunitates,
duos bayulos curiæ generali prouinciæ. Et vnum curiæ præſidatus cui ſubſunt, pro
qualibet. Cõmunitates mediocrum terrarum unum bayulum curiæ ſui præſidatus
ꝓ qualibet. Cõmunitates terraꝝ paruaꝝ vnum bayulũ curiæ gñalis ꝑdictæ ꝓuinciæ
pro qualibet. Et cõmunitates minorum terrarum unum baylum curiæ ſui præſida
tus, pro qualibet dare teneantur. Et prædicta de præſidibus loquentia locũ habeãt
in terris prouinciæ Marchiæ. In aliis autem prouinciis fiat ſimiliter, ſm diſtinctio/
nem ſuperius annotatam. Inhibemus ꝙ nullus præſtet impedimentum bayulis,
& aliis executoribus & officialibus Rectoris, & exercentibus, & exequentibus offi/
cium eis cõmiſſum, tam in his, quæ ad eoꝝ officium ſpectant, q̃ in aliis, quæ de mã
dato Rectoris, vel iudicis duxerit facienda, & ipſorum officium cõmiſſionem, &
executionem ipſam libere fieri & exerceri in quibuſcũq; cauſis & negociis patian/
tur. Et eis Rectores terrarum, & omnes officiales cõmunantiæ Ciuitates, & omnes
ſingulares perſonæ ad requiſitionem Rectoris, uel ſuorum iudicum: uel aliorũ offi
cialium curiæ aſſiſtant preſtando eis auxilium, fauorem, opem, & cõſilium oppor
tunum, ut libere ſuum officium exerceant, & exequantur, et ipſis teneantur effica/
citer obedire. Contrafacientes autem uel fieri facientes, ſeu mandantes in uiginti/
quinq; florenis auri: pro quolibet et qualibet uice, qua cõtrafactum fuerit punian/
tur. Si uero graue impedimentum et iniurioſum præſtiterit, uel aliter dictis officia
libus iniuriam intulerit pœnis in præſentis voluminis conſtitutionibus declaratis
decernimus puniendos. Porro illud ſtatuimus: ꝙ ſi per curiam præceptum fuerit
alicui bayulo, vel nũcio, ꝙ tenutam alicuius, det alicui pro debito, uel ex quacũq;
cauſa, et ipſa res ablata fuerit ipſi bayulo uel nũcio: uel alicui: cui data ſit tenuta per
ipſum bayulum auferentes, ſeu impedimentum præſtantes, quocũq; modo in ui/
gintiquinq; florenis auri, pro quolibet ipſorum contrafaciẽtium, qualibet uice: et
intereſſe parti reſarciendum effectualiter condẽnetur, de qua ablatione, ſeu impe/
dimento ſtetur bayuli ſacramẽto, ſuper hoc ſpecialiter præſtito cum vno idoneo
teſte. Ipſi uero bayuli in pignorãdo, citãdo, et referendo, & in aliis ad eoꝝ officiũ
ſpectãtibus, ſe fideliter gerãt. Contrafaciẽtes vero in decem florenis auri puniãtur.
Illud quoq; ſtatuimus, ꝙ ſemp in citatione, uel pñtatione lraꝝ a iudicibus vel offi
cialibus directaꝝ, & ſup aliis ſeqſtrationibus, & ẽt executionibus, & de aliis ad eoꝝ

officium pertinentibus, de mandato Rectoris: vel suorum iudicum factis stetur, & credatur relationi bayulorum, & cuilibet eorum curiæ, & officialium iuratorum. Omnes autem & singuli bayuli nuntii, seu Castaldi curiæ generalis, teneantur iura re omnes ambasiatas, & citationes cōmittendas eis per curiam bona fide &, legaliter facere, & in eis nullum dolum: fraudem: vel falsitatem cōmittere & fidelem relationem facere, & etiam facere scribi. Et qui contrafecerit tanq̄ falsarius de prouincia expellatur, & insuper emendet dānum, in quod per hoc aliquis incurrisset. Præcipimus quoque, quotiensc ūq; contingeret aliquem officialem, vel bayulum curiæ Rectoris ire ad citādum aliquam cōmunantiam, vel singularem personam, & requisiuerit aliquem, vt sibi demonstret vel ostendet personā citandam, vel eius domum sibi ostendere teneatur ad petitionem: & requisitionē ipsius bayuli & credatur bayuli sacramento de nouo faciendo, & habeatur pro probatione legitima. Et qui contrafecerit in vigintiquinq; florenis auri condemnetur. De citationibus quoq; & præsentationibus litterarum stetur & credatur relationibus bayulorū curiæ, seu nuncii iurati etiam si de cōmissione non constaret, & idem locum habeat in citatione viua voce facta in terra: vbi curia generalis residebit. Et teneat referre, & litteras reportare in termino citatiōis, sub pœna quinq; florenoꝝ auri, pro qualibet vice & damnum pti emendare. Citatio quoq; & præsentatio, ac relatio litterarum Rectoris: siue iudicum quacunque die etiam si fuerit feriata in honorem Dei: vel sanctorum quomodocūq; valeat & teneat: lege vel canone non obstante: & si dies termini fuerit feriata, dies sequens pro termino habeatur, & citatus die proxima, nō feriata comparere teneatur. Bayulorum vero salaria taxamus & limitamus, vt infra quos nihil aliud vltra recipere volumus pœna decem librarum denariorū, pro quolibet & qualibet vice, & restitutionis eius, quod vltra acceperit cū duplo. Si bayulus citauerit aliquem in audiētia generali, recipiat pro quolibet citato quatuor denarios: & si citauerit extra audientiam in terra, vbi residet curia, pro quolibet citato octo denarios. Si vero citauerit aliquem extra terram residentiæ curiæ, seu litteras curiæ præsentauerit recipiat, pro qualibet distantia viginti miliariū tres anconitanos de argento, & si plus vel minus fuerit in eundo & redeundo soluatur pro rata. Et si plures citationes fecerit eadem die: in eadem terra, vel pluribus, pro qualibet citatione recipiat partem dicti salarii pro rata, ita q̄ inter omnes dictam sūmam non excedat, & cum fuerit in terra eadem die, omnes citationes facere teneatur. Item baylus si non retulerit citationem infra terminum citationis, vt dcm̄ est, nihilominus teneatur citationem a se factam, in quocūq; loco distāte a loco residentiæ curiæ minus triginta miliaribus, infra octo dies: & si in loco vel terra distante infra quindecim dies a die factæ cōmissionis, nisi ex pacto conuenerit illi ad cuius instantiam fit citatio, se breuiori termino referre, tunc enim seruet promissa pœna, quolibet prædictorum casuū quinq; florenorum auri, pro qualibet vice. Citatio tamen per hoc & relatio non vitietur, etiam si fiat relatio post terminum. Item bayulus: siue trombetta curiæ ponens aliquem in bāno clamando alta voce sono tubæ præmisso in ciuili vel criminali: causa vel mixta ad petitionem alicuius duos solidos denariorum: & tantūdem pro rebānimento. Et si plures fuerint in eodem processu recipiat a quolibet ultra primum, pro banno quatuor denarios: & tantūdem pro rebānimento. Item quando bayulus vel alia persona quā custos carceris de mandato Rectoris: vel iudicum aliquem custodiuerit extra carcerem recipiat vnusquisq; inter diem & noctem, pro quolibet custodito quinq; solidos, nec vltra aliquid recipiat pro expensis: uel alia quacūq; ratione vel causa.

¶ De custodia carceris, et captiuoꝝ, seu detentoꝝ curiæ generalis. Rub. XXXI.

EGidius Episcopus Sabinen. apostolicæ sedis legatus, & Domini nostri papæ Vicarius. Ad custodiam carceris, & captiuoꝝ Rectoris prouinciæ, & suorum iudicum, & officialium curiæ generalis eligatur per rectorem & thesaurariū

aliquis idoneus de quo sibi videtur superstes & custos dicti carceris cum salario de/centi per eos declarando sicut eis videbitur conuenire per dictum thesaurarium de pecunia camere persoluendo, qui custos recipiat & diligēter custodiat omnes per/sonas: quæ sibi assignabuntur de mandato Rectoris, vel suorum iudicum: aut alte/rius ex eis, & quicūq; assignat, siue tradit dicto custodi, vel eius locūtenenti aliquē captum ponendum in dictis carceribus debeat eidem: cui assignet & tradat vna cū capto apodissam bullatam: bulla mandatis continentem diem assignationis, & no men, & pronomen assignati: & pondus pœnæ, seu causæ, pro qua debet detineri, videlicet vtrum pro pœna personæ: an pro pœna pecuniaria, & quanta: & an pro crimine, an pro debito & quanto, an pro castigatione, forsan parentum suoꝝ vo/luntate procedente, vel alio modo. Et istæ apodissæ omnes registrentur per nota/rium maleficiorum, quando mandato Rectoris vel iudicis maleficiorum, quis po neretur in carcere, vel quando mandato alterius iudicis, per Notariū illius iudicis, cuius mandato positus esset. Qui registratores ipsarum apodissarū copiā, in fine cu iuslibet mensis, de his qui illo mense positi essent in carcere, tradere teneatur The/saurario, vel eius locūtenenti, & nullus de dicto carcere relaxetur, nisi cum manda to, siue licentia illius, cuius mandato positus esset, de qua licentia relaxationis ipsi custodi: vel suo locūtenenti constet, per apodissam continentem diem, nomē, & pronomen relaxandi, & per quem relaxari iubetur. Quas apodissas custos ipse dili genter conseruet, & faciat conseruari: & in fine cuiuslibet mensis copiam licentia/rum illius mensis Thesaurario: vel eius locūtenenti consignet. Et si ex prædictarum apodissarum, primarum, & secūdarū assignatione Thesaurarius poterit esse de car ceratis omnibus, & tempore more cuiuslibet eorum plenarie iformatus. Et custos prædictus: siue eius locumtenens, a quolibet prædictorum carceratorum: duos so/lidos denariorum, tantum fm formam constitutionis bonifaciane: & non vltra recipiat. Et quicquid inde a carceratis, siue alia persona pro eis receperit, in fine cu/iuslibet mensis Thesaurario: pro camera integre reassignet. Et si aliquis ex dictis car/ceratis relaxaretur: absq; licentia eius, qui carcerari mādauit, vel ab ipso carcere au/fugeret: vel quomodocūq; euaderet, seu recederet, aliter quod præsumeret absq; custodis, vel sui locūtenentis malitia: vel saltem culpa euenire non posse: teneatur ipse custos ad eandem pœnam realem: vel personalem, & eandem quantitatem de biti contenti in apodissa assignata, dum carceratus fuerit, nisi forsan iste custos car/ceratos, huiusmodi postea reassignet: aut ipsius custodis locūtenētis, cuius dolo vel culpa contigissent prædicta, qui locūtenens, tunc ad dictas pœnas teneatur, & non custos prædictus. Pro familiaribus vero rectoris, & suorum iudicum officialium: & pro stipendiariis ecclesiæ, et pro bayulis curiæ generalis, si eos carcerari continge/ret, nihil recipiat custos: vel eius locūtenens prædictus, vel familiaris ipsorū. Si autē aliquid receperit dictus custos locūtenens, vel familiaris per se, vel alium quocūq; colore, vel velamine a carcerato, vel alio pro eo vltra formam pñtis constitutio/nis quadruplum carcerato restituat: & in. xv. libris vice qualibet puniatur.

De statutis, & ordinamentis terrarum. Rub. XXXII.

EGidius Episcopus Sabineñ. apostolicæ sedis legatus, & Domini nostri Papæ Vicarius. Potestate permissa nō imerito, quilibet prohibetur abuti. Legum la tores priuilegia decreuere amittere eum, qui permissa sibi abutiē potestate. Cūq; cōmunitates & officiales terrarum, quibus est de iure, vel priuilegio statuto rum, seu municipalium legum cdēdarū attributa potestas suis finibus nō contenti, sed potius transgredientes terminos: quos posuerunt ptes sui, pleruq; etiam prorū pāt, & prorūpere satagant ad cdēdum de facto statuta: ordinamenta, seu municipa les leges iniquas, cōtra honorem sanctæ matris Ecclesiæ eorum dominam: & con tra statum prouinciæ: & ipsorum condentium: præiudicium & iacturam. Et ad obuiandum eorum pernitiosis ausibus: plurimas esse editas cōstitutiones inueni/mus, quas

mus: quas infra per ordinem referemus. Tamen vt ipsæ cõstitutiones salubriter edi/
tæ præualeant, omnia statuta contra ipsas & contra quascunq; alias constitutiones
generales insertas in præsenti volumine edita & edenda, cassamus, irritamus, & vi/
ribus vacuamus: & nullius valoris esse & momenti. Statuentes ꝙ nulla cõmunitas,
aut vniuersitas alicuius ciuitatis, cõmunantiæ, castri, seu villæ, audeat vel præsumat
de cætero condere: aut iam facta retinere, vel facta aut fienda seruare: aliqua statuta
ordinamenta, decreta: aut municipales leges: seu alias quocũq; noie nuncupent, nisi
sint illa prius visa, cognita, & inspecta: & expresse ac singulariter approbata p rectorẽ
ꝓuinciæ, vel eũ seu eos ex suis iudicibus cui vel qbus ipse rector duxerit cõmitteñ. de
qua approbatiõe ꝯstet per publicum instrumẽtũ. Cõmunitates siue vniuersitates cõ
trafacientes in duobus millibus flo reñ. auri vice qualibet cameræ condemnetur.
Officiales vero ea auctorantes, seu consentientes eisdem tertia parte dictarum poena
rum in quolibet dictorum casuum puniantur. Et ipsa statuta & ordinamenta, & qc/
quid gestum & factum fuerit prætextu statutorum seu ordinamentorum decretoꝝ
& legum municipalium huiusmodi non approbatorum non valeant, & ipso iure
sint nulla. Et ne videatur hoc cedere in grauamen & inconneniens dictarum cõita
tum. Statuimus ꝙ pro inspectione & correctione, & approbatione dictoꝝ statutoꝝ
ordinamentoꝝ, decretoꝝ, & legũ huiusmodi, nullus iudex, aut notarius: siue rector
aliquid possit recipere, & approbatio semel facta sufficiat & duret, donec ipsa statu
ta fuerint renouata. ℭ Constituimus insuper & ordinamus ꝙ statuta quarũcunq;
terrarũ, ciuitatum vel locoꝝ: collegioꝝ, vel vniuersitatum, ep̃oꝝ vel aliorum præ
latorum, aut officialium, edita vel edenda, quæ essent contra libertatem ecclesia/
sticam, vel contra constitutiones generales nostras seu prouinciæ, vel earum teno
rem: vel contra iurisditionem seu honorem Romanæ ecclesiæ vel rectoris vel suo
rum officialium, aut eorum curiæ, vel contra curiales curiæ generalis, non valeãt,
sed sint nulla, ipso iure ipsa exnunc reprobamus, cassamus, & viribus omnibus va/
cuamus. Extirpandum etiam duximus reprobæ consuetudinis vitium dictarum ꝓ/
uinciaꝝ, quod sicut veridica relatione percepimus inualuit, ꝙ in multis ciuitatibus
cõmunantiis, castris, & aliis vniuersitatibus, Potestates, capitanei & alii officiales &
Rectores qcunq; ad potestarias, capitaneantias, rectorias, & officia huiusmodi, nisi
primo iuramento firmauerint se esse de parte guelfa vel gebellina, alba vel nigra:
& nisi se seruaturos statuta ipsoꝝ locoꝝ clausa iurauerint, nullatenus admittant. In
quorum statutis & consuetudinibus supradictis vtplurimum, nonnulla reperiũtur
illicita impossibilia, & contra libertatem ecclesiæ edita, & interdum partialitatis &
diuisionis, occasionẽ ꝑ̃stantia, & fomentum. Ne igitur sub talis iureiurãdi specie et
generalitate verborum sic iurantibus peccandi occasio ꝑ̃beatur, cum iuramentum
non fuerit: ut esset iniquitatis uinculum institutum. Hac ꝑ̃senti constitutione in per
petuum ualitura ꝑ̃dictorum iuramentorum modos & consuetudines reprobantes
omnia & singula statuta, ordinamenta: & leges municipales quaslibet cuiuscũq; ci/
uitatis, cõmunantiæ, uel alterius iurisditionem habentis continentia, ꝙ prædicta
& alia uel similia iuramenta seu promissiones per eorum Potestates, capitaneos, et
officiales quoscunq; ꝑ̃stari debent uel fieri quocunq; modo cassamus, seu cassa et ir
rita nunciamus. Et si ꝑ̃stita uel facta fuerint: forsitan ad obseruationem dictorũ iu/
ramentorum, seu promissionum tanq̃ reprobatorum a iure, declaramus tales sic iu
rãtes & promittẽtes aliquatenus non teneri. Teneant tamen Rectores & officiales
prædicti in principio suorum officiorum et regiminum iuramenta præstare, ꝙ fi/
deles & deuoti Romanæ Ecclesiæ existant, & ꝙ omnes constitutiones generales
firmiter obseruabunt: & contra eas non facient: nec fieri consentient quoquomo/
do. Et ꝙ omnia statuta & ordinamenta approbata per Rectorem obseruabunt,
quæ iusta & æqua fuerint: & non obuiantia libertati ecclesiasticæ. Qui vero in ꝑ̃di
ctis, uel aliquo prædictorum inuentus fuerit culpabilis uel delinquens, tam in reci/
piendo, q̃ præstando, uel præstari faciendo iuramentum & promissionem huius/
modi, seu etiam statuta talia uel ordinamenta condenda, seu iam edita & condita

retinendo:si sit cōmunitas & vniuersitas:vel quæuis alia singularis persona: in cen/
tum florenis auri puniatur,& talia statuta & ordinamenta sint nulla ipso iure. Et eis/
dem penis subiaceant quicūq; ausi fuerint penā pecuniariam imponere contra de/
linquentes vel alio quæsito colore exigere in fraudē iurisditionis vel cōstitutionū.
curie per quā curie generali in aliquo derogetur. Similibus etiā penis puniantur cō/
siliarii priores seu Antiani Cōmunia quarūlibet ciuitatū cōmunātiarū: seu locorum
quæ statuta seu reformationes faciant seu fieri permittant : seu iam facta habent vel
obseruant quæ in fauorē vel odiū alicuius partialitatis vel spiritualis persone loque
rentur seu faciant quoquo modo:sed potius faciant de capitularibus aboleri & ad
ipsorū obseruationē volumus aliquē non teneri. Nos autē auctoritate presentiū cō/
stitutionum ipsa statuta & reformationes cassamus & iritamus & cassa & irrita nun
ciamus.Et nihilominus officiales consiliarii priores Antiani cōtrafacientes vel fieri
facientes excōmunicationis.Cōmunia vero interdicti incurrant sententiam ipso fa
cto.Inuenimus quoq; bonæ memoriæ dñm Bertrandū epm Sabineñ.dū erat archi
eps ebrediñ.& reformatiōis officio in prouinciis & terris ecclesiæ fungebatur edi/
disse vtiliter constitutiones quatuor infrascriptas, quarum vnius tenor talis est. Itē
quia quædam vniuersitates,q̄ suis non contentæ iuribus insidiantur & inhiant alie/
nis.Et dum superiorum iura aperte nequeunt vsurpare vias indirectas & insidiosas,
querūt & inueniunt:per quas fraudem & legi & homini facientes fraudis suæ opta/
tum consequūtur effectum. Appellationes ad Romanam vel maiorem prouinciæ
curiam emissas:vel ab oppressis(si esset eis libertas) emittendas per indirectū impe/
diunt exgrauatores vel sindicos,seu quosuis alios officiales ad cognoscendum: vel
quomodolibet se interponendum de huiusmodi grauaminibus vel latis sententiis
faciendo,vel condemnatis appellantes vel appellare,si auderent volentes concor/
dare cum parte,vel compromittere compellēdo.Nos talibus & tam pernitiosis et
infidelitati proximis ausibus salubriter occurrere cupientes . Eadem auctoritate sta
tuimus & ordinamus q̄ in ciuitatibus,castris,terris aliis, in quibus appellationes ad
ecclesiam Romanam pertinere noscuntur,et de quibus per appellatiōem causæ et
examen maioris curiæ deuoluuntur,ex nunc in antea non sint,nec facti remaneāt,
nec in futurum ordinentur:seu cōstituantur aliqui exgrauatores,sindici,arbitri:seu q
uis alii officiales,qui directe vel indirecte de causis in quibus ad sedem apostolicam
vel ad maiorem curiam fuerit appellatum:vel poterit appellari,cognoscere nec de
cidere debeant seu valeant:nec aliquo modo per viam concordiæ: vel aliter se in/
tromittere de eisdem.Nec constitutiones fiant,nec de facto attentatæ seruentur su/
per dando vel stando consilio sapientis,neq; aliqui officiales similia hmōi in se reci
pere,vel recepta exercere præsumant:nec aliqua executio contra aliquem fiat ante
sententiam,quæ in rem iudicatam transiuerit.Nec etiam aliqui appellantes de & su
per causis de quibus appellauerint vel appellare potuerint vel voluerint in quouis
compromittere:vel ante sniam depositum facere cōpellantur.Vt autem p̄dicta ple/
nius & fidelius obseruentur,statuta vel ordinamēta aduersus prædictam directe vel
indirecte edita vel in posterū forte edenda cassamus & irritamus,& cassa & irrita nū
ciamus . Volentes & mandantes omnia statuta super p̄dictis vel aliquo p̄dictorum
edita de libris statutorū efficaciter cancellari,q̄ si contra constitutionem p̄ntē quic
q̄ directe vel indirecte fuerit attemptatum,officiales p̄dictos creatos vel creādos vl/
tra decem dies a tempore publicationis p̄ntium statutorū officium retinendo , vel
officia hmōi exercendo,vel aliquid de stando consilio sapientis:vel ad depositum
ante sententiam faciendam quomodolibet cōpellendo statuta circa præmissa: vel
similia in posterum faciendo seu facta seruando , & non infra mensem cassando &
appellantes ad curiam Romanam seu maiorem prouinciæ impediēdo directe vel
indirecte,vel per obliqnum appellationes prosequi pro suo libito voluntatis singu/
laris personæ excōis sententiam,& poenā mille florenorū auri,cameræ Pape appli/
cañ.incurrat ex transgressione hmōi ipso facto. Vniuersitas vero quæ in p̄dictis cul/
pabilis fuerit,seu aliquo præmissorum ecclesiastico subiaceat interdicto ipso facto,

& nihilominus

Et nihilominus ipso facto priuata sit ptāriis & oībus priuilegiis & immunitatibus, ac libertatibus quæ dinoscūtur a Romana ecclesia & aliis obtinere. Et quia ꝓpter malitias vniuersitatum & aliquorum tyrannizantium in eisdem, non possent cōmode prædicta exequi, & ſm scriptam iuris rōnem probari. Decernimus & declaramus: ꝙ in hoc casu ad plenam ꝓbationē sufficiant, & per iudicem recipi debeāt fama publica, & delatū a iudice appellanti & appellare volenti, & ab eo præstitū iuramētum.

Alterius vero ꝯstitutiōis tenor super dictis statutis terraꝝ, talis ē. Rub. XXXIII.

ITem cum quædam vniuersitates & cōmunitates Ciuitatum, Castrorum, & aliarum terrarum, aut propter eorum corrupta regimina, aut propter aliquos in eis rapacem tyrannidem exercentes: a constitutionibus, quas sui prædecessores fecere: & tenaciter obseruauerant recedentes, & a terminis, quos parentes eorum posuerant temere deuiantes, non vocato speciali vel generali consilio, pro ut fuerat consuetum, collectas & præstātias intollerabiles pro arbitrio & uoluntate aliquoꝝ paucoꝝ: & hoc non, cōmunitatis: sed aliquorum maiorum seu tyranorum iudicio ellectorum, non attentis causa & honore impositis, sed pro uolūtate maiorum uel tyrānorum imponunt, ex quibus multi non ualentes talia onera sustinere cum sua familia mendicando exulare coguntur, & status prouinciæ debilitatur, & in terris ex inæquali & importabili distributione onerum: multa plerunq; scandala generātur. Nos præfatis dispēdiis & scandalis, pro ut est possibile occurrere cupientes. Auctoritate prædicta statuimus & ordinamus, ꝙ abinde in antea quandocunq; in aliqua ciuitate, uel terra: seu cōmunitate aliqua tallea collecta: uel præstantia ex quacunq; ratione occasione uel causa fuerit imponenda: uocetur consilium terræ speciale uel generale ſm terraꝝ statuta, pro ut: a uigintiqnq; annis ultra edita fuerat cōsuetum, in quo consilio onus seu negocium quod eminebit, & utrum ēt illud onus seu negocium prosequi uel executioni mandari expediat, & quanta pecunia ad illius expeditionem seu executionem sufficiat, exponatur. Et si habito diligēti tractatu, duæ partes illorum, qui ſm prædicta statuta antiqua ad consilium uocabuntur: consenserint, consensu eorum cognito & præstito iuramento ad bussulas & pallu ctas, ꝙ collectæ uel ꝑstātiæ usq; ad quā quantitatem indici expediat, & imponi debeat, & tunc usq; ad illam quantitatem tantum: & non ultra collectæ uel præstantiæ indici ualeant, & imponi pro quātitate fructuum quos quisq; perceperit undecunq;. Fumantiæ vero census affictus, & officialium quorumcunq; salaria per focularia: & non per libras seu æstima exigantur. Nec aliqnibus de terris ipsis, vel aliis cuiuscunq; status & conditionis existāt ab vniuersitate vel consilio terræ cuiuscunq; ꝑdictaꝝ collectaꝝ vel præstātiarum, ordinatio: deliberatio, inditio, impositio, seu distributio, vel arbitrium deliberandi, ordinandi, imponendi, seu indicendi collectas vel præstantias huiusmodi dari seu concedi, aliquatenus valeat vel cōmitti. Et si cōtra præsentes constitutiones vel ipsarum effectum in aliquibus ciuitatibus vel terris aliis aliqua statuta a vigintiquinq; annis citra sunt facta uel fieri forsitan contingat in futurum. Illa tanq̄ pernitiosa præindicialia & damnosa: cassamus & irritamus, & nullius esse volumus & decernimus firmitatis. Volētes ea sub poenis interdicti infra mensem de libris Statutorum, efficaciter tolli & cassari, & nullo tempore ea vel similia statui, nec in libris redigi statutorum. Et nihilominus si contra præsentes constitutiones, per alium modum & ordinem q̄ superius est expressum in aliquibus ciuitatibus vel terris, collectæ seu præstantiæ de facto impositæ fuerint, vel indirecte vel arbitrium super huiusmodi collectarum vel præstantiarum deliberatione, ordinatione, seu impositione aliquibus singularibus concessum fuerit vel commissum omnes consulentes: & arrengantes, & scribentes, ꝙ ꝑdictum arbitrium aliqbus personis singularibus, vel singulari consilio huiusmodi cōmittantur, ac ipsum arbitriū in se suscipientes, ac impedientes, quo minus ſm morem antiquum (vt ꝑmittitur) collectæ et ꝑstantiæ huiusmodi imponantur: aut arrengari super boc prohibentes

excõmunicationis sententiam, & pœna quinq; floreñ. auri, cameræ Ro. eccle. applicañ. pro quolibet ipso facto incurrant. Et nihilominus si ab indicendis vel imponendis collectis uel p̃stantiis, p̃ñs constitutio veraciter non fuerit obseruata: impositio & inditio non valeat, nec aliquis ad soluẽdas huiusmodi tallias teneatur. Et scientes p̃stantias vel quascũq; alias contra ecclesiam Romanam in eius p̃iudiciũ indicendas, excõis incurrant sniam ipso facto, & in tantam quantitatem quantam imponent soluendam cameræ Ro. eccle. pro transgressione huiusmodi teneatur.

¶ Alterius vero tertiæ ex dictis ꝯstõnibus dicti dñi Bertrandi tenor talis est.

¶ Quod gabellæ & datiuæ impositæ præter formam p̃missæ cõstitutionis sint ipso iure nullæ & cassæ. Rubrica. XXXIIII.

ITem quia postq̃ in prouinciis inualuere tyranni, vel p̃pter partialitatem terraꝝ regimina fuere occupata: i multis ciuitatibus & terris diuersæ & importunæ, & quasi importabiles indictæ & violenter vsurpatæ fuerunt datiuæ & gabellæ, ex quibus subditi in detrimentũ Reip. cuius interest locupletes habere subiectos, depauperantur, & ex pecunia inde cũ pacto redacta datur occasio multa illicita cõmittendi. Nos huic morbo volentes possibilem adhibere medelã. Statuimus eadẽ auctoritate, & ordinamus ꝙ oẽs datiuæ & gabellæ a vigintiquinq; annis citra indictæ, nisi ciuitatum & aliaꝝ terraꝝ cõicato generali consilio: & habito consilio maioris partis: & ꝯsensu ad bussulas & palluctas, vt supra in ꝯstõne p̃xima expressum est: hmõi gabellæ & datiuæ sint indictæ, & ex nunc inantea indicendæ cassari debeãt, nec aliqs cuiuscunq; ꝯdõnis existat: exigat per se vel alios datiuas & gabellas hmõi. Et statuta & ordinationes, & reformationes super hoc aliter q̃ supra p̃mittitur factas, cassamus & irritamus & viribus vacuamus. Prohibẽtes insup ꝙ in futuꝝ p̃ter formã p̃dictæ datiuæ & gabellæ nec indicãtur nec statuta & ordinationes vel reformatiões sup hoc attẽptent gabellas & datiuas nisi cõi(vt p̃fertur) ꝯsensu indictas exigentes & de nouo indicendas & p̃dictis ꝯsentientes ac tales datiuas &. gabellas nõ inuite soluentes pœnis ꝯstõne supra p̃xima cõtẽtis q̃s ipso facto icurrãt p trãsgressiõe hmõi puniant.

¶ Alterius aũt q̃rtæ ex dictis cõstitutionibus eiusdẽ dñi Berrãdi tenor talis est.

¶ De pœna applicãtium sibi pecunias exactas de gabellis & datiuis. Rub. XXXV.

ITem quia Reip. interest locupletes habere subiectos & sicut rationi congruit vt quos omnes tãgit ab omnibus approbetur, ac ratiõe & equitate multũ oberrat ꝙ alii colligentes: quæ non meruerũt de bonis esurientiũ sine eoꝝ conscientia saturentur, quod tñ euenire contingit quando bona vniuersitatum vel etiã singularum personaꝝ quæ ex collectis præstantiis gabellis & datiis & aliis obuentionibus colliguntur directe vel indirecte veniunt ad illos, qui tanq̃ tauri inter vaccas ex prærogatiua potentie vel impressione tyrãnidis existentes bona huiusmodi suis vsibus vendicant applicant & vsurpant. Nos contra tales inconuenientias & insolentias q̃tum nobis est possibile prouidere volẽtes. Eadem auctoritate statuimus & ordinamus, ꝙ nulli cuiuscunq; conditionis existãt bona aliqua mobilia vel imobilia, vel pecunias, quæ ex datiuis, collectis, p̃stantiis, vel gabellis, seu quibusuis aliis obuẽtionibus introitibus vniuersitatũ vel cõitatum quarũcũq; habebuntur, recipiẽtur, vel quolibet redigent accipere per se vel alios directe vel indirecte valeant, vel suis vsibus quomodolibet applicare, nisi a tota cõitate vel vniuersitate, nõ tñ p modũ consilii sp̃alis vel generalis, sed etiam per modũ parlamenti generalis talibus cõcessum fuerit, ꝙ bona vel pecunias hmõi possent suis vsibus applicari. Alioquin accipientes, vel sibi appropriantes p̃dicta bona contra hmõi constitutionis formam cõtinẽtiã: seu tenorem vltra p̃dictam excõmunicationis pœnam eo ipso perdãt omnia bona sua fisco Romanæ ecclesiæ applicanda: & consentientes & dantes hmõi occupationi operam, opem, consilium, vel fauorem vltra p̃dictam pœnam excõmunicationis

nicationis ipso facto quingentorum florenorum auri applicandorum p̃satæ ecclesiæ feriantur. Huic constitutioni adiicimus, q̃ nulli, qui aliq̃ p̃eminentiam, potentiam vel tyrãnidem obtinuerit in aliqua terra vel cõmunitate, vel adiutor seu fautor talis obtinentis fuerit, proficiat, vel valeat aliqua quietatio remissio vel pactum vel liberatio facta in præteritum, vel fienda in futuꝝ tempore tyrannidis potentiæ, seu p̃eminentiæ, aut post de his quæ percepisset vel administrasset de pecunia, siue bonis illius cõitatis, vel hoium ipsius. Sed tales quietatiões, liberationes, remissiões & pacta tanq̃ ambitiosa & fraudulenta, & contra vtilitatem publicam decernimus non valere: & eis non obstantibus talia præcepta restituere, & administrationis rõnem integram, cum reliquorum restitutione in duplũ reddere teneãtur. P̃nti quoq; ↄstitutione decernimus oẽs ecclesias & personas ecclesiasticas cum suis iuribus debita imunitate gaudere: nec in aliquibus maliciis conteri, sed põtius in omnibus priuilegiis, et libertatibus: et iuribus et spãlibus priuilegiis sibi et eorum bonis indultis defensari, liberosq; manere ab omnibus angariis: et quibuscunq; indebitis exactiõibus et grauaminibus, per quæ suæ possit quietis debitum q̃uolibet impediri. Cõstitutiones, capitula, statuta, ordinamenta, seu reformationes consilioꝝ, quæ in ciuitatibus castris, seu cõitatibus contra libertatem ecclesiæ, vel etiam contra iurisditionem & honorem Romanæ ec. siue contra nostras constitutiones sub quacunq; verborum forma facta: vel in posterum facienda, & oẽs ꝓcessus ipsoꝝ occasione directe vel indirecte habitos vel habendos cassamus & irritamus, cassa & irrita nũciamus, nec eorum aliquis obseruare teneatur p̃textu cuiuscunq; ꝓmissionis, obligationis, seu pœnæ impositionis: ad cuius obseruationem volumus quomodolibet nõ teneri. Præcipientes insuper q̃ iam facta de statutis & capitulis statutoꝝ, & reformationum extrahantur seu deleanẽ hinc ad vnum mensem a tempore ꝓmulgationis p̃ntis constitutionis computandum: nec vlterius reponantur vel obseruentur aliquatenus. Qui vero ↄtrafecerint vel fieri fecerit vel huic ↄstõni p̃uenerint p̃ter pœnas ↄtra tales iure scriptas: si ciuitas aut alia terra vel cõitas in mille, & Comes vel alius dñs temporalẽ iurisditionem habens: in quingẽtos florenos auri puniatur. Sentẽtias vero latas: seu ꝓcessus quoscunq; factos: & qui fierent in futurum p̃textu dictaꝝ cõstitutionũ, seu statutoꝝ vel ẽt ordinamẽtoꝝ, aut ẽt reformationũ ex nũc cassos & irritos nũciamus. Illud aũt decernimus, q̃ si forte aliquis occasione p̃dicta pœnã soluerit, vel dãnum seu iniuriã passus fuerit: supradicti Potestas, officialis, rectores: & vniuersitas, comes, vel alius dñs eorum q̃libet teneatur eidem damnum vel iniuriam passo integre resarcire. ¶ Si vero Potestas, Rector: vel quicunq; alius officialis volens p̃dicta statuta constitutiones, ordinamenta, reformationes, & ꝓhibita obseruare officium sibi cõmissum: occasione prædicta dimitteret vel repelleret ab eo, vniuersitas seu cõitas integrum salarium pro toto tempore eidem soluere teneatur, ac si officium ipsum compleuisset. Præmissas quoq; pœnas extẽdi volumus ad ciuitates & singulares personas, quæ prætextu aliquorum priuilegiorum, quæ a sede apostolica, vel aliter asserunt se habere aliqua vltra ipsoꝝ priuilegioꝝ tenorem statuerunt & ordinauerũt in ecclesiarum & ecclesiasticaꝝ reꝝ, atq; Ro. ecclesiæ p̃iudicium vel grauamen.

¶ De potestatibus & officialibus eligendis per rectorem in certis terris. Rubrica. XXXVI.

NEapoleo tituli sancti Adriani diaconus Cardinalis rector Marchiæ. In terris in quibus Potestates & officiales per Rectorem ꝓuinciæ pro ecclesia debeat poni vel elligi. Nullus sine sua licentia audeat officium vel regimen assumere, seu aliqualiter exercere. Contrafacientes pœnam ducentorum florenorum auri incurrant. Adiicientes etiam, q̃ processus qui fierent, & sentẽtiæ quæ ferrentur per tales seu facti sunt hactenus, & gesta quæcunq; nullius, penitus sint momenti, utpote facti per incompetentem iudicem. Et insuper terræ huiusmodi elligẽtes vel officialem aliquem ad officium assumentes sine rectoris (vt præmittitur) licentia speciali

mille florenorum auri pœnā ipso facto incurrant. Statuentes etiam ꝙ terræ quæ ha ctenus ad officia sine licentia tunc Rectoris aliquos assumpserint, siue quomodolibet admiserint infra qndecim dierum spacium rectori designent, & cum effectu persoluant quantum dicta de causa: camera, seu curia extitit defraudata. Contrafacientes ipso facto incurrant pœnas superius denotatas.

¶ De Ambasiatori & ambasiatis mitteñ. per terras ad curiam. Rub. XXXVII.

Egidius eps̄ Sabineñ. Apostolicæ sedis legatus, & dn̄i Papæ Vicarius. ¶ Ne cōmunitates faciant impensas inutiles & inanes circa superfluam missionē Ambasiatorum ad Rectorem, seu eius curiam aut legatos aut alios officiales ecclesiæ, aut alia loca. Statuimus ꝙ nulla cōmunitas vel eius officiales mittant aliquem ambasiatorem: nisi in casibus euidenter expedientibus cōmunitati, & tunc nō mittant vltra numerum designatum: videlicet cōitas magnæ vel maioris ciuitatis vel terræ vnum vel duos. Cōitates aliarum terrarum siue locorum vnum tantum. Et qlibet ambasiator ab equo missus per quamcunqꝫ cōitatem non possit recipere, nec sibi dari debeant vltra octo anconitanos pro qlibet die pro se & equo: & duos anconitanos de argento pro vno famulo die qnolibet, & cuilibet nuncio pedes misso p cōmunitatem quamcunqꝫ, non possint dari vltra tres anconitanos de argento per diem. Insuper ne Potestas, iudex, & officiales terrarum a suis gerendis officiis abducātur. Et ne per ipsos ambasiatæ inutiles procurentur. Statuimus ꝙ nullus Potestas, iudex seu officialis alicuius terræ possit mitti, nec ipse accedere pro ambasiata alicuius terræ, cuius officialis extitit absqꝫ legati siue rectoris speciali licētia, & tunc vltra illud salarium recipere non valeat vllo modo. ¶ Volumus etiam ꝙ per aliquā cōitatem: aut eius officiales pro negociis alicuius specialis personæ de ipsa terra vel aliunde, nullatenus mittatur aliquis ambasiator salario siue expensis cōmunitatis, sed solum expensis & salario illius, in cuius seruitium mitteretur. Et ne circa ambasiatā exponendam aliquis error occurrat. Statuimus ꝙ pro aliqua ambasiata alicuius cōmunitatis, seu pro parte alicuius cōmunitatis non mittatur, nec accedat absqꝫ præsentis ambasiatæ scriptis continētibus summam ambasiatæ: & munitis testimonio sigilli illius cōmunitatis, pro cuius parte dicitur destinatus, quæ scripta, & quando & ipsi, ad quem, & quis mittitur, debeat continere. Et contrafacientes tam mittentes q̄ missi in quinquaginta florenis auri, puniantur pro quolibet & qualibet vice qua contrafecerint.

¶ De sindicatu officialium. Rubrica. XXXVIII.

Egidius episcopus Sabinensis, Apostolicæ sedis legatus, & Domini nostri Papæ vicarius. ¶ Cum honestum sit & lege statutum, ꝙ quilibet administrator officii, siue villicationis rationem reddere teneatur: decēs est, ꝙ officiales omnes & singuli, deputati & deputandi per ecclesiam: seu rectorem prouinciæ pro ecclesia, finito eorum officio ad curiam generalem dicti Rectoris: & coram ipso accedant, & ibidem morentur tempore debito de sua administratione & officio rddituri debitam rationem. Et quamuis super huiusmodi materia tam fœlicis recordationis domini Bonifacii Papæ octaui, q̄ etiam cæterorum legatorum Apostolicæ sedis: & rectorum, & reformatorum sub diuersis ordinationibus temporum, & indeterminata generalitate verborum, constitutiones editæ reperiantur. Quia tamē ipse declaratione & reductione ad consonantiā indigent eas quantum ad eorꝫ effectum cum debita declaratione & reductione ad consonantiam in hanc constitutionem vnicā duximus redigendas. Statuentes vt omnes & singuli iudices Notarii & Potestates, Rectores, & officiales quicunqꝫ per Rectorem ad officium aliquod deputati, incontinenti eorum officio: seu tempore ipsorum officii consumato: personaliter compareant coram rectore prouinciæ in loco suæ residentiæ & suæ curiæ generalis

riæ generalis. Et ibidem personaliter morantes reddant sui officii & gestorum per eos tempore dicti officii ab eodem Rectore sibi cōmissi integram rationem, & que relantibus de eis super prædictis respondeant: & de his quæ tenētur cōmunitatibus, seu singularibus personis, aut cameræ Romanæ eccle. debitam satisfactionem impendant. Tempus vero quo ad sindicandum morari debeant pro reddenda ratiōe prædicta finito officio limitamus & declaramus in hunc modum, videlicet, φ si stetit per sex menses tantum in illo officio, aut minus decem dierum spacium. Si maiori tempore vsq ad annum inclusiue quindecim dierum. Si vltra ad annum, viginti dierum spacium ad sindicatum huiusmodi intelligimus ordinatum. Et quilibet dictorum officialium per mensem ante finem sui officii teneatur notificare Thesaurario finem sui officii, qui ex tunc infra octo dies finem illius officii, & tempus quo ille officialis sindicabitur, notificet communitatibus locorum, in quibus ille officialis sindicandus gessit officium. Et quantum ad cōmunitates quæ habent sindicum in curia, sufficiat Thesaurario φ sindicus terrarum, & cōmunitatum, & locorū vbi talis officialis gessit officium, siue iurisditionem exercuit in dicta generali curia residentibus, si tales Sindicos ibi habent, clare notificet: qui sindici expensis ipsarum cōmunitatum prædicta eis notificata per Thesaurarium notificent. Et illis cōmunitatibus quæ ibi non habent sindicum: ipse Thesaurarius prædicta per litteras notificet. Quæ Cōmunitates & ipsarum officiales pu. per eorum loca consueta notificare & præconizari faciant: φ omnes volentes conqueri de illo officiali, vel contra ipsum aliquid obiicere vel petere, compareant coram dicto domino Rectore tempore debito recepturi iustitiæ complementum. Et si quis ex dictis officialibus prædictam notificationem Thesaurario non fecerit (vt prædicitur) teneatur finito eius officio per litteras rectoris, vel cui, seu quibus sindicatum Rector cōmiserit facere fieri terris & cōmunitatibus locorum, sui finiti officii notificationem prædictam. Et ex tempore factæ dictæ notificationis & non prius post finitum eorum officium quantum ad eius cōmodum incipiāt currere dies sindicatus prædicti. Et interim nihilominus stent personaliter in dicta curia, & querelantibus de iure respondeant. Volumus etiam φ dicti officiales sindicandi saltem per vnam diem ante sui sindicatus initiū, teneanī Rectori siue auditori super spiritualibus, aut eius iudici super spūalibus notificare sui sindicatus principium & officium quod gessit, & nomen & prenomen ipsius sindicandi. Qui Rector siue auditor super spiritualibus, siue eius iudex p̄dictus prima die dicti sindicatus, vel prius per suum editum patens quod affigi faciat ad fores audientiæ suæ, siue in ipsa audientia, mandet sub pœna excōmunicationis: quam si secus fecerint, incurrant ipso facto omnibus & singulis, quæ scirent aliquam barratariam, venalitatem iustitiæ: aut iniquam & illicitam extorsionem, seu lucrum factum per talem officialem tempore sui officii, aut famam vel indicium de prædictis: illud debeat vtiliter & integre reuelare & notificare rectori Marchiæ, siue deputato aut deputantis per eum ad huiusmodi sindicatum. Qui Rector quando per se sindicaret, vel illi quibus cōmiserit huiusmodi sindicatum, teneantur de prædictis omnibus & singulis notificatis seu reuelatis, & in genere de non reuelatis inquirere & inuestigare per omnes quos crediderint verisimiliter de talibus habere notitiam, & maxime ab aduocatis & procuratoribus omnibus & singulis residentibus in dicta curia, qui tunc reperirentur ibidem, & ipsos singulariter per iuramentum super prædictis examinet, & eorum dicta secreta teneantur. Et si quis de dictis aduocatis aut procuratoribus sic examinatis: de prædictis tacuerit quod sciuerit: vel falsitatem scienter dixerit, vltra pœnam periurii, & perpetuæ infamiæ incurrat excommunicationis sententiam ipso facto. Et quicunque de prædictis (vt prædicitur) commissis per officialem prædictum dixerit, seu reuelauerit dicto Rectori vel sindicatoribus deputatis ab eo, si ipse reuelans vel per se vel alium dans per se vel alio, vel corruptor dicti officialis forsan extitisset, nullam penam pertimescat, sed a tali reatu reuelato (vt prædicitur) sit totaliter absolutus. Sindicatores vero in prima medietate temporis sindicatus, inquirant de omnibus, quæ habent

inquirere:& querelas recipiant ab omnibus volentibus quetelare contra officiales qui sindicantur de omnibus & singulis quæ administrassent, gessissent, seu fecissent in eorum officiis,& occasione ipsorum officiorum, aut ipsorum officio tempore: & maxime illicite extorquēdo vel pcipiendo lucra illicita. Super quibus inquisitione & q̄rela Rector, seu sindicatores deputati ab eo, pcedere possint breuiter, sumarie: & de facto & sine strepitu & figura iudicii, etiam diebus feriatis in honorem Dei & Sanctorum, vel alia ratione,& omni iuris & iudiciorū ordine,& solennitate omissis,& sic diligenter & sollicite sindicantes se habeant, ac etiam querelantes: q̄ omnem processum, inquisitiones,& querelas infra dictum tempus sindicatus per sententiam diffinitiuam, absolutoriam, vel condemnatoriam, pro ut iustitia exigerit, debeant penitus expedire. Et si infra dies totius sindicatus sententia non fuerit lata absolutoria vel condemnatoria super huiusmodi pcessibus. Elapsis dictis diebus sindicatis officiales ipsi pro absolutis habeantur ab inquisitione & oi querela sup qua seu quibus infra dictos dies lata non fuerit diffinitiua sententia. Et sindicatores ipsi de his super quibus omiserunt, ferre sententiam teneātur cameræ,& etiam parti læsæ ad omne illud ad quod tenebantur officiales prædicti. Et nihilominus ipsi sindicatores pœna centum florenorum auri pro quolibet,& vice qualibet puniantur. Et si contigerit q̄ dicti officiales qui sindicanē infra tpi sindicatus eorum se absentarent seu recederent a loco dictæ curiæ: aut recesserint ante sindicatum,& ad reddēdam rationem non venerint, quilibet tales fugientes capere, & ad curiam reducere valeat,& tunc contra eum pro quocunq̄ querelante ad probationem querelæ iuramentum sufficiat querelantis. Et si captus & reductus nō fuerit: talis fugiens habeatur pro confesso & conuicto de omnibus & singulis i inquisitiōe & querelis cōtentis & tanq̄ confessus,& conuictus possit & debeat condemnari:& nihilominus ad perpetuam ipsius infamiam talis officialis fugitiuus in pallatio habitationis Rectoris vel generalis curiæ, expensis cameræ depingatur. Si vero infra primam medietatem temporis sindicatus aliqua querela contra eum qui sindicatur facta non fuerit, nec habita fuerit super inquisitione, probatio ex tunc transacta dicta medietate temporis possint sindicatores quandocunq̄ eis videbitur absolutoriā ferre sententiam,& ea lata officialis liberum habeat arbitrium recedendi.

¶ De parlamento & exercitu. Rubrica. XXXIX.

EGidius Sabinensis Ep̄s apostolicæ sedis legatus,& Dñi nostri Papæ Vicarius. ¶ Omnes episcopi, plati, clerici,& religiosi: ciuitates:& vniuersitates,& loca Potestates, seu rectores:& nobiles qui vocati per rectorem, thesaurarium vel eius Vicarium: vel eorum litteras fuerint: teneantur ad parlamentum venire, quotiēs & p ut mādatū fuerit & eis iniūctū, sane vniuersitates & cōitates p pprios sindicos & nō per aliā cōmunitatē vel personā, vel per sindicū alicuius alterius cōitatis. Nullus aūt dictum parlamētū turbet dicto aut facto: quam turbationē declarandam & exponendam ipsius rectoris vel iudicis de hoc cognoscentis, arbitrio reseruamus. Statimus etiam, q̄ quelibet vniuersitas cōmunitas nobilis,& quæcunq̄ alia persona teneatur venire in exercitum equester & pedester: pro ut eis per dictum Rectorē vel eius Vicarium, seu iudicem, vel ipsorum litteras mandatum extiterit. Contrafaciētes vero in quolibet casu prædictorum: Rectoris & suorum iudicum arbitrio puniantur. Qui habentes super his consilium Thesaurarii: iudicum,& aduocati fisci cōsideratis qualitate inobedientiæ vel excessus,& qualitate inobedientium siue excedentium,& causa & aliis circunstantiis diligenter & moderate (vt decet) & negocium exigerit: procedant in dicto arbitrio, super quibus eorum conscientias oneramus. Fœlicis recordationis dominus Bonifacius papa octauus constituit, q̄ si aliquando in dicto exercitu per Rectorem Ciuitatis, vel Castri, vniuersitas aliqua cum ipso Rectore (vt assolet) conuenerit de subsidio equitum vel peditum imposito pro huiusmodi exercitu redimendo certam pecuniam in equitum vel peditum

stipendia

ftipendia:errogañ. huiusmodi pecuniam pro rata temporis exercitus, si factus fue/rit tamen: & si exercitum fieri non contingat nullatenus exigatur, & quod exactum fuerit vel solutum soluentibus sine difficultate reddatur. Nos etiam præsentis cōsti tutionis auctoritate absoluimus Rectores terrarum ab omnibus statutis & ordina/mentis: quæ impediunt vel impedire possunt eos, quominus libere vel absolute possint cogere & pœnas imponere, & ab illis eas exigere: qui non iuerit in exercitū vel caualcatam mandato Rectoris faciendam. Nos enim statuta & ordinamenta huiusmodi cassamus & irritamus, & cassa & irrita nūciamus aliquo iure sup his po sito in ɔtrariū non obstāte, in quo supioris auctoritas semp intelligi debet excepta. ℭ Statuimus etiam ꝙ quotienscunqꝫ mandato Rectoris, seu officialium Ecclesiæ, de hoc potestatem habentium alicui cōmunitati pro exercitu certus indicitur ho/minum numerus, cōmunitas illa, numerum illum peditum iuxta mandati formam transmittat de omnibus hominibus ipsius Ciuitatis, diuidēdo inter omnes ipsos de Ciuitate & cōmunitate, onus huiusmodi ad mutam ſm certum dierum numerum designandum vsquequo sit ad omnes peruentum: si tanto tempore durabit exerci tus & circulo hominum, per contractas, seu certam distributionem finito recipia/tur a capite, si opus fuerit: & successiue fiat vt prima. Et si ante finitum circulum di/stributionis, huiusmodi prima, vel vlteriori vice fuerit finitus exercitus tempore se quentis exercitus, iniungendi redeatur ad illos, qui dimissi fuerunt in præcedenti exercitu: ita ꝙ ad æquationem oneris, in huiusmodi negocio procedatur. Si vero cōmunitas numerum hominum sibi iniunctum velit nō per mutam, sed ad stipen/dium mittere possit dūmodo quātitas stipendii duos anconitanos de argento, pro quolibet die qualibet non excedat, Et si pro tali stipendio homines non inuenirentur vadant per mutam, onus quāto melius fieri poterit coequando & stipendiū hu iusmodi cum sit onus psonale colligatur: per capita, seu focularia & nō per libram.

ℭ De securitate venientium ad curiam. Rub. XL.

BErtrandus Sabinensis Episcopus, dum erat Archiepiscopus Ebredinensis, & reformator constitutionem quandam edidit in hac forma. Item constitu/tionem dudum editam super securitate personarum, & rep. illoꝝ, qui vocan tur ad curiam generalem cum additamēto aliquo reformationis. ℭ Statuimus & ordinamus, ꝙ quicūqꝫ per Rectorem: seu Iudices, vel alios officiales maiores curiæ citatus quomodolibet fuerit, vel vocatus, vel sine citatione pro obtinenda iustitia venire voluerit ad terram, seu locum, vbi retinetur: seu pro tempore retinebitur cu ria generalis, vel ad curiam prædictam grasciam, seu mercationes: aut mercimo/nia, vel quæuis alia deferre, seu vēdere voluerit, sine fraude secure in persona: & re/bus possit venire: stare, & redire non obstantibus quibuscūqꝫ repræsaliis quibusuis vniuersitatibus, seu singularibus personis concessis iam: vel in posterum conceden dis. Quas repræsalias decernimus: declaramus, & volumus aduocatos & veniētes ex causis prædictis ad terram, ubi (vt præmittitur) maior curia residebit, et si in cō cessione represaliarum huiusmodi de hoc facto ageretur, expresse vllatenus nō ex/tēdi. Q d' si aliqui contra constitutionem præsentem occasione represaliarum hu iusmodi damna prædictis vocatis vel uenientibus in personis, seu rebus veniendo, stando: uel redeundo duxerint inferenda. Ipsi tāq non habentes repræsalias pœna debita puniantur, & nihilominus debita propter quæ repræsalie concesse sunt, vel in posterum concedentur ipso facto amittant, nec ad petendum vel exigendū ipsa debita, quæ eo casu declaramus amissa, vlterius admittantur.

ℭ De custodia Fortilitiarum & Roccaꝝ, quæ tenenť pro Ecclesia. Rub. XLI.

BOnifacius Papa octauus in sua constitutione decreuit: ꝙ cum communitas vel castrum aliquod propter culpam eorum ad mandatum Rectoris prouinciæ,

vel officialium suorum per homines aliarum terrarum contingerit custodiri cu/ stodiantur ipsius loci custoditi expensis. Cui constitutioni adiicimus, ꝙ quando propter bonum publicum totius prouinciæ terram aliquá:vel locum Rector cu/ stodiendum prouiderit vel ab inimicis ecclesiæ,seu prædatoribus defendendú,tũc talis custodia,seu defensio omnium prouincialium fiat expensis.

¶De Terris:rebus:& iur. Romanæ Ecclesiæ non occupandis:& occupatis restituendis. •Rub. XLII.

EGidius Episcopus Sabinensis apostolicæ sedis legatus, & Domini nostri Papæ Vicarius. ¶Licet aduersus occupatores Terrarum Ecclesiæ in prouinciis Italiæ consistentium:tam per constitutiones nonnullorum summorum Pó/ tificum,q̃ alias multipliciter sit prouisum. Hominum tamen crescente malitia co/ gimur,quantum nobis est possibile:insuper nouas adhibere medelas. Hac ergo in perpetuum valitura constitutione sancimus,ꝙ si quis cuiuscunq; conditionis præ/ eminentie,seu status existat,etiam si pontificali,illustri,seu alia quacũq; præfulgeat dignitate terram quácunq; Ciuitatem:Castrum,Villam, Fortilitium:Roccam:seu quæuis alia loca ad Ecclesiam Romanam spectantia,sub quouis quæsito colore,si/ ne Sedis Apostolicæ licentia speciali occupauerit, seu occupatoribus præstiterit scienter auxilium,consilium:vel fauorem,vel socius fuerit occupantis,seu occupa/ tionem ratam habuerit,aut receptauerit,vel defensauerit occupantes,aut aliter spi/ ritu rebellionis assumpto contra Ecclesiam supradictam,seu eius dominium,etiam terras præfate Ecclesiæ infra prouinciam memoratam consistentes inuadẽdo, ob/ sistendo,seu alias vel enormiter perturbando,præter alias pœnas, a quibuscũq; iuri bus constitutionibus statutis,& consuetudinibus aduersus tales promulgatas,bona eorum quæcunq; sint,& vbicũq; consistentia ipso facto sint,& esse censeatur fisco cameræ apostolicæ applicata.Districtius inhibentes,ne vlla trãsactio,pactio,remis/ sio,donatio,concessio,compositio:seu quæuis alia liberatio fiat, seu fieri possit su/ per confiscatione prædicta. Et si quam seu si quas fieri contingerit, ex tunc cassa/ mus,irritamus & penitus annullamus & eas nullas cassas, & irritas nunciamus. De/ cernentes ex nunc irritum & inane, si secus contra prædicta a quoq̃ sine licentia apostolicæ sedis quicq̃ contingerit attemptari. Huic atem adiicimus sancioni, ꝙ si quis Rector cuiuslibet prouinciæ eidem Ecclesiæ subiecte,vel Thesaurarius, aut Iudex, seu Notarius in scribendo uenerit contra prædicta,Rector quingentarum, Thesaurarius ducentarum,Iudex centum:Notarius quinquaginta Marcharum ar/ genti pœnas,dicto fisco applicandas incurrant ipso facto. Annullationibus supradi/ ctis,necnon cæteris iuribus constitutionibus,seu statutis contra supradictas pœnas: quoquo modo inferentibus in suo robore duraturis, quibus per hanc constitutio/ nem nolumus in aliquo derogari. Cæterum quia bona res & iura multa pertinẽtia ad Romanam Ecclesiam diuersis astutiis:& fraudibus,& præsumptuosis temeritati bus occupantur indebite & occupata tenentur per nonnullos iniquitatis filios con tra bonum publicũ,& in eoꝝ periculum animaꝝ.Præsenti constitutione in perpe tuum valitura. Sancimus: ꝙ nullus decetero sub quocunq; colore vel causa absq; concessione Romani Pont. vel legati,aut officialis Ecclesiæ de his locandis,seu cõ cedendis potestatẽ hñtis accipere:inuadere.uel occupare ꝑsumant,nec iam capta, seu occupata in præteritum audeat decetero retinere.Sed ipsa occupata, nobis vel Rectori,& Thesaurario pro camera restituat cum effectu infra mensem a die cõsti/ tutionis pñtis,& si quis iustam locationem concessionem,vel titulũ ab apostolica sede, vel eius legato aliquo prædecessore nostro,vel ꝑteritis officialibus ecclesiæ haberet,vel habere ꝑtenderet:de aliquibus bonis rebus & iuribus ecctiæ, illa oia & singula infra vnius mensis spacium a die pñtis cõstitutionis coram nobis:vel recto re teneatur ostẽdere & ꝓbare,& super ipsis,abinde in posterum nullatenus audiat. Et omnes nũc scientes huiusmodi occupatores,seu detentores,pñtes vel futuros te

neantur

neantur infra dictum mensem, & qui sciunt, infra mensem a die scientiæ, quos sciuerint in futurum nobis: vel Rectori pro ecclesia & Thesaurario reuelare, notificare, & deferre. Contrafacientes vero in quolibet casuũ prædictorum eo ipso excõmunicationis sententiæ decernimus subiacere, & ad restitutionem bonorum rerum & iurium ipsorum ecclesiæ cum fructibus teneantur, & nihilominus in quadruplum ualoris eius, quod sic occupauerint uel tenuerint, seu tenent illicitæ: seu detineri senserint & non reuelauerint puniantur. Et contra ipsos de prædictis, & quolibet prædictorum possit inquiri ex officio, & ad denũciationem, seu accusationem cuiuscũque personæ fama publica precedente, vel nõ, & super his procedi sũmarie simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicii. Et quilibet possit esse accusator & habeat tertiam partem pœnæ, quæ soluetur eidem denunciatori, seu accusatori cum esse t [?] stu per Thesaurarium persoluendam. Volentes etiam indẽnitati Romanæ Ecclesiæ salubriter prouidere præsenti constitutione, cassamus & irritamus omnes venditiones: locationes, feudationes: alienationes, & quascũque concessiones quomodocũque ad modicum, vel non modicum tempus factas de iuribus terrarum, nemorũ, molẽdinorum, pascuorum: domorum: passagiorum, põtium, piscationis aquarum, ductuum, portuum: & omnium aliarum rerum ad dictam Romanam ecclesiã pertinẽtium quocũque iure uel causa, quibuscũque personis collegiis vniuersitatibus, vel cõmunitatibus: vel aliis quibuscũque personis in quacunque prouincia Ecclesiæ Romanæ. Et prædicta omnia ad ius & proprietatem Romanæ Ecclesiæ reuocamus. Thesaurario Romanæ Ecclesiæ: & omnibus officialibus nunciis & baylis præcipiendo & licentiam tribuendo auctoritate nostra ad vtilitatem Romanæ Ecclesiæ quod possint capere & stagire prædicta, nulla temporis præscriptione in talibus obstante. Nisi forte summus Pontifex per speciale priuilegium alicui de prædictis concessisset, quod priuilegium præcipimus nobis vel Rectori prouinciæ, infra vnius mensis spacium a publicatione præsentium constitutionum ostendi. Ex tunc vero nullatenus super processu audiatur, nisi fuerit iusto impedimento detentus. Illud quoque præcipimus: quod quicũque illicite habet per se vel alium aliquid de bonis aliquibus vel iuribus Romanæ Ecclesiæ illud infra mẽsem a die quo præsentes constitutiones lectæ & publicatæ fuerint nobis uel Rectori prædicto nomine Romanæ Ecclesiæ restituant cum effectu. Porro si quis commiserit aliquod maleficium: et alienauerit bona sua ante maleficium: et bona sua tempore maleficii detinuerit, et possiderit, ipsa alienatio pro simulata et fictitia habeatur. Etiam si nomine eius cui alienauerit se constituerit possidere, ita quod exactio pœnæ debitæ pro maleficio commisso super his bonis fieri valeat, ac si sententia præcessisset, nisi de ueritate contractus fieret plena fides per testes fidedignos. Quod si de proximo anno ante maleficium commissum alienauerit: etiam si possessionem transtulerit, vtrum præsumatur in fraudem dictæ curiæ dicti Rectoris et ipsius iudicis, coram quo quæstio fuerit declarationi et arbitrio relaxetur. Præsenti constitutione statuimus atque firmamus, vt omnis suspitionis materia et periculum euitetur, quod in criminalibus causis: et aliis Romanæ Ecclesiæ et curiæ rectoris iura tangentibus decidendis omnino nulla fiat cõmissio sine ipsius rectoris licentia speciali factaque non teneatur, et committens in centum florenis auri debeat condemnari.

¶ De fortilitiis absque licentiã summi Pontificis vel Legati non edificandis nec reparandis. Rubrica. XLIII.

Bonæ memoriæ Dñs Bertrandus Eps Sabinensis dũ erat Archieps Ebredinensis et reformator quasdam constitutiones edidit in hac forma. ¶ Item eadẽ auctoritate statuimus et ordinamus, quod in castris et terris romanæ Ecclesiæ constitutis: seu in territoriis et districtibus eorundem nulla vniuersitas, uel cõmunitas, uel specialis persona cuiuscunque conditionis et status existat, constituat, uel edificari faciat castra: seu fortilitia uel munitiões, seu terras uel aliqua alia edificia, quæ

cõmuni iudicio pro defensione uel offensione speciem uel instar fortilitiarum habeant vel castro℞. Quodq; illi qui hmôi castra seu fortilitia in p̃dictis terris & earũ districtibus iam fecerunt: seu facere inceperunt incepta uel pfecta destruãt infra mẽsem ab hac die publicationis continue numerãdũ. Alioquin et castra ipsa incepta, seu facta elapso mense & fienda eo ipso sint cameræ Romanæ Ecclesiæ confiscata. Et nihilominus p̃ntis cõstitutionis transgressores vltra p̃dictas pœnas excõmunicationis in personas & interdicti, in terris in quibus fient: vel facta remanebunt fortilitia in pœnã mille florenorum auri eidem cameræ applicãda incidant ipso facto. Et demũ dictam cõstitutionem, per eũdem Dñm Bertrãdum per aliam ipsius constitutionem declaratam fuisse, ꝙ non fuerat nec erat suæ intentionis, ꝙ ad pallatia cõmunitatũ & domos eis contiguas, & muros Ciuitatum & terra℞, nec ad fortilitia vltra & ante vigintiquinq; annos, tunc proximæ p̃teritos a data sua℞ constitutionum, dicta cõstitutio & pœnæ in ea positæ se extenderẽt quoquo modo. Constitutiones autem p̃dictas dicti dñi Bertrandi cum aliquali additione firmantes & aliqd adiicientes. Statuimus ꝙ qui contra formam ipsa℞ cõstitutionum cõstruxerit, vel edificauerit, vel construi vel edificari fecerit in futurum aut forsan iam in præteritum a quadragintaquinq; annis citra de prohibitis, per dictas constitutiones aliqd perpetrauerit ultra pœnas in cõstitutionibus ipsis insertas, ne dum locũ edificii prohibiti & ipsius supficiem. Sed etiam omnia imobilia ipsius sita, iuxta edificium huiusmodi vel in locis vicinis, aut positis in territorio eiusdem Ciuitatis Cõmunãtis: vel Castri, in cuius territorio tale fortilitium, siue edificium ꝓhibitum attemptauit ipso facto & iure sint cameræ Romanæ Ecclesiæ confiscata. Et p̃dicta oĩa & singula in oĩbus ꝓuinciis, terris & locis Romanæ ecclesiæ volumus vendicare.

¶ De lr̃is Rectoris & suæ curiæ recipiẽdis vt decet & legi faciẽdis. Rub. XLIIII.

EGidius Sabinensis Ep̃s apostolicæ sedis legatus, & Dñi nostri Papæ Vicarius. Potestates cõmunitatum, Iudices, Rectores, & loco℞ officiales lr̃as legati, Rectoris & suo℞ iudicum & officialiũ eisdem cõmunitatibus & vniuersitatibus directas reuerenter recipiãt & eas legi faciant in cõsilio generali. Ita ꝙ deueniãt ad notitiam singulo℞, et quod mãdatur, fideliter adimpleatur: et ipsas lr̃as incõtinenti restituant bayulo recepta inde copia si uoluerint sine fraude. Et litteræ p̃sentatæ cuicunq; Potestati vel Capitaneo, vel Iudici, uel eo℞ Vicario, aut socio, vel Prioribus, siue Antianis: aut alicui ipso℞, vel alteri officiali cõmunitatis cuiuscũq; habeãt perinde ac si essent p̃ntati toti cõmunitati et fingatur ad ipso℞ oium notitiam peruenisse, et perinde possit in negocio ꝓcedi, ac si toti cõmunitati præsentatæ et notificatæ fuissent. Et nihilominus qui contrafecerint in nõ recipiendo lr̃as vt supra dicitur vel receptas non faciendo legi in consilio generali: uel in nõ restituendo ipsas litteras sicut decet bayulo, in quinquaginta florenis auri vice qualibet puniatur, et de prædictis et quolibet prædictorum credatur et stetur relatione dicti bayuli cum corporali ab eo de nouo præstito iuramento. Insuper volentes ꝙ Rectori prouinciæ et officialibus suæ curiæ: tam generalibus q̃ specialibus bonor debitus conseruetur. Statuimus ꝙ nullus Potestas, Capitaneus, Rector et quiuis iudex, uel officialis nullaq; Ciuitas: vniuersitas, et aliæ speciales personæ iurisditionem aliquam obtinentes uel non lr̃as legati, uel Rectoris uel suorum iudicum et officialiũ, quorumlibet, tam generalium, q̃ præsidalium occultare, corrumpere: cancellare, destruere, comburere: uel aliquibus ad comburendum dare uel comedi facere quod aliquando (ut audiuimus) fieri consueuit uel alias illudere: seu deturbare audeat. Si qui autem contra prædicta fecerint: vel fieri fecerint uel mandauerint, uel in prædictis p̃stiterint, auxilium, consiliũ, vel fauorem in ducẽtis florenis auri pœna puniantur, et nihilominus ille potestas, Capitaneus, Rector et officialis quicũq;: et quis alia persona, tãq̃ rebellis Sanctæ Rom. ecclesiæ censeri debeat & haberi. ita ꝙ deinceps potestatia: capitania, & quolibet alio officio uel iurisditione, quod & quam

gerebat

gerebat:sit & intelligatur pñtis constitutionis auctoritate priuatus, & in perpetuũ in dicta prouincia nõ possit ad alia officia uel regimina quocũq; nomine censeantur:seu honores aliquos elligi aliquatenus uel assumi. Et q̃ Rectorum & officialiũ quorũlibet delinquẽtium in p̃dictis salaria lata sententia cõtra ipsos, vel post prohibitionem eis factam:per Rectorem vel Iudicem ne soluerentur eisdem, solui nõ debeãt nec possint per illas Ciuitates: vel Cõmunitates, quorum regimini vel officio præsidebant. Sed potius ipsa salaria cameræ Romanæ Ecclesiæ eo ipso sint, & esse intelligantur legitime confiscata & q̃ per curiam super contẽtis in dictis litteris sic retentis procedi possit in causa:ac si lĩæ fuissent restitutæ: & processus valeat & quicquid per sic delinquentes factum extiterit ipso iure non valeat, & de prædictis stetur relationi bayuli, cum depositione vnius testis, vel cum publica fama probata: per idoneos testes vel cum aliis verisimilibus iudiciis, quæ iudicia relinquimus arbitrio iudicantis: quæ relatio cum altero prædictorum, pro plena probatione habeatur atq; legitima.

¶ De exilio non imponendo prouincialibus. Rub. XLV.

Egidius Sabinensis Eps̃ apostolicæ sedis legatus, & Dñi nostri papæ Vicarius. Quãuis per cõstitutiones Rectoꝝ olim fuerit ordinatum q̃, Rector & iudex: seu quicũq; ipsoꝝ posset omnes & singulos, quos vellet cõfinare, & ad confinia & locum, quẽ vo uerit intra & extra ꝓuinciam mittere. Nos tñ considerãtes: q̃ graue est absq; magna causa alicui interdicere patriam: & q̃ ex hoc si de facili fieret possent diuisiones in terris, & magna scandala exoriri. Idcirco pro bono statu cuiuslibet ꝓuinciæ volẽtes moderamẽ debitum adhibere. Statuimus q̃ nullus iudex, aut officialis Rectoris ꝓuinciæ, nullusq; Potestas, Iudex, aut officialis cuiuscũq; terræ vel loci possit cõfinia indicere, vel mandare, nec alicui p̃riam: uel ꝓuinciam interdicere ꝑpetuo, vel ad tẽpus. Sed quotiens pro bono statu ꝓuinciæ, siue alicuius terræ: siue loci aut pro euitãdo magno scandalo id videbit̃ esse expediens, tale negocium ad rectoris ꝓuinciæ notitiam deferat̃. Qui Rector super hmõi negocio cõuocet Thesaurariũ & iudicem ipsius Rectoris in sua generali curia residentes: & aduocatum fisci, & eis tale negocium clare & seriose exponat, & ab eis & quolibet ipsorum speciale exigat iuramentum, q̃ super ipso negocio fideliter cõsulent illud, quod esse pro meliori crediderint, & fiat prout tunc per dcm̃ Rectorem, Iudices, Thesaurarium, & Aduocatum fisci iuramento firmãtes, id quod decreuerint se credere, ꝓcedere ac fieri pro meliori & vtiliori statu ꝓuinciæ, seu terræ super illo negocio fuerit ordinatum, de datione hmõi confinium faciẽda, uel non, & pœna imponenda in non obseruãtes confinia firmiter obseruent̃. De quibus iuramẽtis & ordinatione rogetur Notarius & fiat instrumentum. Per p̃dicta tamen ꝓcessibus & sententiis maleficiorum s̃m formam cõstitutionum latis & constitutionibus de ipsis, & de bannitis, & cõdemnatis pro maleficiis loquentibus & insertis in pñti nolumine nolumus in aliquo derogari.

¶ De victualibus non portãdis extra prouinciam. Rub. XLVI.

Egidius Sabinensis Episcopus apostolicæ sedis legatus, & Dñi nostri Papæ Vicarius. Auaritiæ cæcitas, & dãnãdæ cupiditatis improbitas, ita quorũdã animos occupauit: q̃ diebus elapsis, granum: ordeum, & alia blada grasciam, & victualia multa: ex quibus incolæ prouinciæ debeant deducere vitam suam, extra ipsam & confines ipsius portauerunt & extraxerunt, per terram vel per mare & cõtinuo exquisitis fraudibus portare & extrahere non uerẽtur, propter qđ dicta blada & victualia intantum cariora ultra modum debitum aliquãdo sunt effecta, q̃ nisi ꝑ nos de cõpetenti & celeri remedio succurratur ad importabile possent dispẽdium, ac periculum ꝓuinciæ deuenire. Nos igitur qui curis sollicitari debemus cõtinuis,

vt subditoꝝ dispendiis obuiemus & eoꝝ cōmodis(inquātum possumus)intenda/
mus.Hac p̄nti & irrefragabili cōstitutione sancimus:ꝙ nulla ciuiras castrū cōmunā
tia vel villa,vel quiuis baro.vel nobilis:aut alia singularis p̄sona,vndecunq̄,& cu/
iuscūq̄ cōditionis existat extra ꝓuinciam,seu extra eius terras,siue fines, granum:or
deum,seu bladū aliquod,siue victualia,aut aliquā grassiā portare: aut extrahere vel
extrahi facere per terrā,vel per mare,seu per aliquem locum deferri,nec in p̄dictis
opem,auxiliū,& consiliū:uel fauorē publice uel occulte, directe vel indirecte : seu
quouis alio colore quæsito p̄stare aliquatenus præsumant. Qui vero cōtra prædi/
cta uel aliquod p̄dictoꝝ fecerit,si cōitas in trecentis florenis auri,si baro in centum
florenis auri:& alia singularis p̄sona in quinquaginta florenis auri Roma.cameræ
ecclesiæ puniatur,ac etiā in amissione bladi,victualiū,bestiaꝝ curruū nauium p̄di/
cta portātium puniat̄.Et cuilibet liceat tales in p̄dictis : vel aliquo p̄dictorū delin/
quentes,& in ipso delicto inuentos app̄hendere,& arrestare,& apphendi , & arre/
stari facere.Et habere debeāt capientes tertiā partem oīum p̄dictaꝝ pecuniarum,
& rerum,tamen infra quintā diem tales sic captos,& arrestatos cum victualibus p̄/
dictis & rebus,& bestiis p̄ntare & denūciare Rectori ꝓuinciæ,& sue curiæ tenean
tur ad pœnam quinquaginta florenoꝝ auri effectualiter auferēdam.Liceat ēt om
nes delinquētes p̄dictos in oībus capitulis supradictis denunciare vel accusare. Præ
senti insup addicimus sanctioni:ꝙ cuilibet p̄ntis nr̄æ ꝯstitutionis auctoritate sit lici
tum,granū:ordeum,& quodcūq̄ bladū,vinū:oleum:sal:grassiā quālibet,& merca
tiones quascūq̄ ad curiam legati apostolicæ sedis:vel Rectoris ꝓuinciæ gn̄alē,siue
ad locū,vbi ipsa curia residet:deferre,vel deferri facere vndecūq̄,nō obstātibus ali
quibus statutis reformationibus ꝓuisionibus ꝓstumis & quibusuis ordinationibus
alicuius ciuitatis cōmunantiæ castri:vel uille,uel cuiuscūq̄ vniuersitatis vel Colle/
gii,baronis vel alterius specialis p̄sonæ directe vel indirecte obuiātibus in prædictis
vel aliquo p̄dictoꝝ.Insup quādam cōstitutionem editā circa dictā materiā per bo/
næ memoriæ Dn̄m Bertrādum Ep̄m Sabineā.dū erat Archiep̄s Ebredineā. & fun
gebatur reformatoris officio huic duximus inserēdam:cuius tenor talis est.Itē cum
humanæ naturæ sit proprium alios affici beneficiis alioꝝ,& sic alter alterius onera
portare debeat,ꝙ indigētes vicinoꝝ abundātium subsidiis releuent̄.Eadem aucto
ritate statuimus & ordinamus,ꝙ per totam ꝓuinciā:nō obstātibus quibusuis ipsius
prouinciæ cōstitutionibus,vel statutis:quicūq̄ de loco ad locū,& terra ad terram,
infra dictam ꝓuinciam possit libere & impune & absq̄ Rectoris,Thesaurarii, Mare
scalli,vel alterius cuiuscūq̄ officialis apodissa licētia,vel buletta,deferre ducere,seu
vehere,seu deferri duci:uel transduci facere granū,vinū,oleū , animalia:& omnia
alia victualia,seu grassia & quæcūq̄ alia mercimonia,seu uecturas cuiuscūq̄ ꝯditio/
nis:seu valoris existant:pro suæ libito voluntatis, & præcipue ad locum vbi maior
curia Rectoris prouinciæ residebit.Hoc saluo ꝙ ad terras Ro.eccl̄.rebelles nō pos/
sint durāte rebellione res hmōi uel quæcūq̄ aliæ sine pœna p̄ditionis, & alia recto
ris arbitrio inferēda duci trāsuehi,seu portari.Per hoc aūt nō intelligimus,ꝙ si res p̄
dictas per loca,vbi Ro.Eccl̄a vectigal,seu passagiū recipe cōsueuit,duci ꝯtingerit,
vel trāsferri,de &.pro ipsis rebus cōsuetum uectigal,seu passagium exigatur.

¶De compositionibus super maleficiis:seu processibus & con/
demnationibus. Rub. XLVII.

EGidius Ep̄s Sabin̄. apostolicæ sedis legatus & domini nostri Papæ vicarius.
Super negocio compositionum inuenimus bonæ memoriæ Dn̄m Bertran/
dum,dum erat Archiepiscopus Ebredinensis & reformatoris fungebat̄ offi/
cio per suas cōstitutiones prouide statuisse,ꝙ nullus accusatus, denunciatus,vel in/
quisitus ad componendum cum curia:vel camera,directe vel indirecte,per mace/
rationem,vel longam moram carceris vel retardationem,processus vel aliter cō/
pellatur,vel per se aut personas interpositas inuitetur. Sed contra ipsum reum s̄m

iura,&

iura & constitutiones cum debita deliberatione, tamen absq; cunctatione morato/
ria procedatur, & auditis iustis defensionibus tam per diffinitiuam sententiam ab/
solutoriam, vel cõdemnatoriam terminetur: dũmodo spontaneæ compositiones
alias licitæ, per hoc non intelligantur esse prohibitæ. Et q͏̃ nulla vniuersita vel per/
sona priuata ad compositionem faciendam admittatur, nisi componẽs in actu cõ/
positionis in manus Rectoris vel Thesaurarii iuret corporaliter: q͏̃ nihil per se, vel
alium vel alios pro eo sciente uel pro causa, pro qua componitur, dederit, vel dabit
alicui officiali curiæ, vel alteri eorũ nomine, uel familiaribus eorũdem, vt per hoc
ad compositionem admitteretur simpliciter, vel magis forsitan gratiose: vel alias
qualitercũq; directe vel indirecte ex causa vel occasione compositionis huiusmodi
vel delicti, quod prætenditur perpetratum. Per hoc autem non negamus quin No/
tariis & custodibus carceris de suis iustis salariis satis fiat. Et q͏̃ si quis super præmissis
inueniretur degerans, vel dans ꝯtra præmissa, compositio eo ipso sit nulla, & ideo
caret effectu, dato vel promisso pro compositione apud cameram remanente, &
ille qui contra constitutionem ipsam reciperet, ipso facto excommunicationis sen
tentiam incurrat. Nos etiam simile iuramentum per Potestatẽ & Priores, siue An/
tianos cõmunitatis & vniuersitatis, pro qua componentur, ante ipsam compositio
nem, præstari iubemus, de quo fiat fides Rectori & Thesaurario tempore compo/
sitionis, per publicum instrumentum alias compositionem decernimus esse nul/
lam. Decreuit etiam & nos approbamus, q͏̃ in generali compositione, quæ fieret
cum aliqua cõmunitate: vel vniuersitate pro rebellione inobedientia: seu aliis of/
fensionibus, defectibus, & delictis non includerentur: sed excluderẽtur, expresse in/
telligãtur exclusi heretici, sodomitæ, homicidæ, raptores virginum specialiter deo
consecratarum, falsatores monete, incendiarii: publici latrones, sacrilegii, & in per
sonis officialium ecclesiæ: & curialium maioris curiæ delinquentes. Quodq; si Re
ctor prouinciæ, postq̃ sibi notum esset vel fama publica esset in prouincia: q͏̃ crea/
tus esset nouus Rector ipsius prouinciæ, non possit pœnam imponendam forsitan
alicui ex bannito remittere, nec inquisitiones & delationes in libris & actis scriptas
mandare, cassari, vel facere cãcellari, nisi vocata parte & procuratore fisci inquan/
tum cameræ pœna contingeret talem reum exigente iustitia per diffinitiuam sen/
tentiam liberaret, uel nisi interueniente Thesaurario cum ipso Rectore seruatis cõ/
stitutionibus cum inquisito, seu delato duceret componendũ. Quod etiam cũ ac/
cusato: seu delato per accusationem, vel denunciationem in qua deductum esset
damnum & interesse partis nõ fieret compositio: nisi prius super damno: seu inter/
esse huiusmodi remittendo, vel aliter inter partes concordatum esset, uel nisi in cõ
positione ius partis componendo cum vtroq; simul deducatur, uel nisi deferentes
per curiam requisiti malitiose uel uoluntarie, prout Rectori & Thesaurario videre
tur cum delato renueret concordare. Cũq; post præfatas constitutiones Domini
Bertrandi prædicti Sanctissimus pater &, D. Dominus Innocentius diuina ꝓuiden/
tia Papa sextus per suas prouidas constitutiones, quarum vna incipit. Sicut facilitas
alia vero incipit, ꝗuis omnes regẽdos quos nobis diuina prouidentia &c. Quarum
constitutionum seriem supra in primo libro harum cõstitutionum inseri fecimus
prohibuerat de homicidio cõponi & etiam per Rectorem prouinciæ, siue Thesau/
rarium componi, vel processum cassari, vel tolli, seu suspendi prout in ipsis cõstitu
tionibus plenius continetur: ipsas constitutiones mandamus inuiolabiliter obser/
uari. Et quia per constitutiones nostras cõtentas in præsenti volumine, ut plurimũ
pœnas certas cum magno temperamẽto limitamus pro delictis, quæ prius passim
in arbitrio iudicis cõsistebãt, de quibus si diminueret esset ad impunitionẽ delicto
rum quodãmõ deuenire & icẽtiuũ singulis tribuere delinquẽdi. Et publice interest
ne mala remaneãt impunita. Et pñti ꝯstõne statuimus, q͏̃ nulla cõpositio, trãsactio,
vel remissio decetero ꝑ rectorẽ, & thesaurariũ, vel aliũ ipsoꝝ, uel quẽcũq; aliũ offi/
cialẽ fieri possit de aliq̃bus ꝓcessibus: bãnis ꝯdẽnationibus, aut delictis ꝑ quã tollere/
tur, uel remitteretẽ aliq̃ pœna pecuniaria ꝑ nr̃as ꝯstõnes ordiata i, & ꝑ illo delicto, de

quo fieret compositio, transactio: vel remissio, in criminalibus & delictis, in quibus reperiretur per nostras cõstitutiones certa limitata & statuta pecuniaria pœna. Pro aliis vero delictis, pro quibus per nostras constitutiones pœna pecuniaria limitata non esset contra culpabiles fiat condemnatio in ea pœna: quæ per Rectorem prouinciæ cum consilio Thesaurarii, & suorum iudicum maioris curiæ, & aduocati fisci habita consideratione locorum & personarum, & qualitatis delicti & diligenti deliberatione ne quid durius: vel remissius: q̃ expediat statuatur, fuerit ordinatum, nec ad compositionem aliquam aliam, super futuris processibus condemnationibus: & excessibus procedatur: sed de cõmissis in præteritum possit fieri compositio generalis, vel specialis, in omnibus casibus specialiter non prohibitis, prout est hactenus consuetum. Verum quia penæ debent suos tenere auctores. ¶ Statuimus q̃ in compositione aut transactione aliqua, quæ decetero fiet: cum quacũq̃ cõmunitate vel vniuersitate, aut expen. cuiuscunq̃ communitatis vel vniuersitatis nullatenus includantur, nec in aliquo modo absoluatur, nec liberentur aliquæ singulares personæ imposterum delinquentes. Sed quælibet persona singularis pro suo, vel sui prædecessoris reatu singulariter & diuisim suis componat expensis absq̃ vniuersitate, vel cõmunitate, & absq̃ vniuersitatis, siue cõmunitatis pecunia: onere, auxilio, siue fauore, & si secus factum fuerit non valeat ipso iure.

¶ De non exercendo officium aliquod per substitutum, vel Vicarium, sine licentia Rectoris. Rub. XLVIII.

Bertrandus Episcopus Sabinensis, dum erat Archiepiscopus Ebredinẽsis & reformator. Item eadem auctoritate statuimus: & ordinamus, q̃ in prouinciis Ecclesiæ nullus in Potestatem: Capitaneum, seu Rectorem Ciuitatis Castri, seu alterius terræ assumptus vel imposterum assumendus cuiuscũq̃ status: & conditionis existat officium huiusmodi per substitutum: vel Vicarium audeat sine Rectoris licentia exercere: sed aut per seipsum principaliter: saltem pro medietate temporis exerceat, aut oblatum officium aliqualiter non assumat, nisi forte infirmitate vel alias iusta vel rationabili causa pro nostro, vel Rectoris arbitrio decernenda ipsum contingerit absentari. Alioquin assumentes & assumpti vltra sententiam excõmunicationis, quingentorum florenorum auri, pro quolibet ipso facto, pœnã se nouerint incursuros.

¶ De bannitis condemnatis rebellibus, & malefactoribus capiendis, & remittendis. Rub. XLIX.

Egidius Episcopus Sabinensis apostolicæ sedis legatus: & Domini nostri Papæ Vicarius. Quia non decet eos: qui propter eorum excessus, processus, banna & condemnationes, & eorum pœnas euitent. & impunitatem inueniant ad quæcunq̃ loca prouinciarum, & terrarum Rectorum Romanæ ecclesiæ in Italia, citra Regnum Siciliæ consistentia fugientes pertranseunt, sue malitiæ cõsequantur optatum, ne possint suis perfidiis alios fideles ecclesiæ dictorum locorũ ad perfidiam similem, vel peiorem inducere. ¶ Statuimus & ordinamus, q̃ quotiens aliquis de locis regimini Rectoris Marchiæ deputatis, seu aliunde in ipsis locis delinquens rebellis bannitus & condemnatus sententia dicti Rectoris, aut suorum iudicũ generalium, vel præsidalium, aut contra quem per ipsos & ipsorum aliquem procederetur delictis per eum cõmissis in locis prædictis iurisditionis dicti Rectoris reperiretur, aut in aliqua alia dictarum prouinciarum, siue terrarum Ecclesiæ, & per litteras sic procedentis, siue Rectoris Marchiæ reperiretur homo huiusmodi a psi de puinciæ, siue Rectore illius loci, vbi sic repertus fuerit, negligẽtia omni, ac fraude remotis ipse præsidens, siue rector per litteras huiusmodi requisitus: teneatur in dilate talem hominem repetitum capere, seu capi facere, & ad dictum Rectorem Marchiæ,

marchiæ, seu eius iudicem repetẽtẽ sub custodia fida remittere, & eidem facere assignari. Et sisr̃ econuerso dictus Rector Marchiæ & sui iudices & officiales de oibus similibus in locis suæ iurisditiõis repertis & repetitis, per lr̃as dictoꝝ alioꝝ p̃sidentiũ siue rectoꝝ, in quoꝝ territorio deliqssent, facere teneanť, & sic inuicẽ rectores & officiales diuersarum ꝓuinciaꝝ facere teneanť. Qui vero contra prædicta fecerit, seu ea obseruare contempserit vel neglexerit cuiuscunq; status siue conditionis existat, ẽt si pontificali aut illustri præfulgeat dignitate excõicationis sententiæ, eo ipso decernimus subiacere, & idem in singulis prouintiis & terris ecclesiæ obseruetur.

¶ De priuilegiis terraꝝ & iurisditionũ p̃tẽdentiũ vt exhibeanť & registrenť. Ru. L.

EGidius Sabineñ. ep̃s, Apostolicæ sedis legatus, & dñi nostri Papæ Vicarius.
¶ Beneficia Romanoꝝ põtificũ & legatoꝝ apostolicæ sedis sic decet eẽ mansura, & ea merentibus fauorabiliter cõseruari, vt ab eis fraus & omnis malitia excludať. Cum ergo multi, sicut audiuimus ausi sint retrolapsis temporibus p̃textu priuilegiorum fictoꝝ & non verorum, nec legitimoꝝ iurisditiones: & iura Romanæ ecclesiæ, ac eiusdem Rectoris & officialium fraudulenter eludere, & eidem iurisditioni detrahere. Præsenti constitutione statuimus, ꝙ omnes & singulæ cõitates ac singulares personæ iurisditionem aliquam, siue exemptionem, aut priuilegium cõtra iurisditionem officialium ecclesiæ, vel diminutionẽ eoꝝ officii, seu quæ prætendant ad ipsorum officialium curiam, aut aliquos in omnibus vel certis annis trahi non posse omnia eorum priuilegia quæ prætenderent, & quæ in actis cameræ thesaurarii registrari hactenus non fecissent, nec taliter registrata appareant: debeant coram Rectore prouinciæ, vel ad id deputãdo ab eo non per copias: sed per originalia infra tres menses post promulgationem p̃ntium constitutioonum exhibere. & in actis dictæ camere facere registrari, alioquin p̃dicta non obseruantes priuilegiis oibus & singulis: & libertatibus (vt prædicitur) non exhibitis & non registratis quæ ex tunc qñcunq; postea apparerent, p̃sumimus & fingimus adulterina & falsa: eo ipso priuamus, & illa decernimus nullius esse momenti, & decætero non proficere producenti, & eis nullam fidem decætero adhiberi.

¶ De descriptionibus & distinctionibus ciuitatũ & terraꝝ. Rub. LI.

CVm expediat haberi per officiales ecclesiæ: & prouinciales omnes notitiam nominum & quantitatum & qualitatum terraꝝ regimini rectoris ꝓuinciæ pro ecclesia cõmissarum, tam pro delatione honorum, & deputatione officialium vbi expedit, q̃ in dictione onerum: vt hæc & alia s̃m statum conditionem & magnitudinem cuiuscunq; terræ vtiliter & po? abiliter valeãt ordinari præsenti constitutione terras ipsas describẽdas, diuidentes eas in quinque partes siue gradus, In primo quorum graduum ponuntur ciuitates & terræ maiores & magis nobiles. In secundo gradu ponuntur Ciuitates & terræ magnæ. In tertio gradu ponnntur terræ mediocres. In quarto gradu terræ paruæ. Et in quinto gradu terræ minores, Statuentes ꝙ quotiens alicui cõmunitati vel vniuersitati reperitur pœna pecuniaria aliqua imposita per constitutiones nostras: vel pro aliqno delicto per sentẽtiam illa pœna intelligatur locum habere in maioribus cõmunitatibus maiorum ciuitatum vel terrarum. In magnis autem ciuitatibus siue cõitatibus locum habeant duæ tertiæ partes illius pœnæ. In mediocribus vero tertia pars illius pœnæ. In paruis medietas dictæ tertiæ partis. In minoribus vero locũ habeat solum dimidia dictæ medietatis & non plus. Et perinde habeantur, ac si in qnalibet constitutione pœnã imponente, & snia qualibet hæc distinctio foret expressa. Volumus ẽt & declaramus: ꝙ in cõitatibus & terris, quæ hic non reperirenť noiatæ siue expresse s̃m sibi similes hic exp̃ssas: fiat pœnaꝝ impositio contra eas. Saluo ꝙ si vniuersitas vel terra aliqua esset subiecta alicui ciuitati vel terræ: tũc talis sit subiecta: & ciuitas & terra quelibet

pro ſibi ſubiectis, ſicut pro ſe ad pœnas huiuſmodi teneantur.

¶ Ciuitates & terræ ſubiectæ regimini rectoris Marchiæ anconitanæ.

Ciuitates maiores.	Matelica	Corinaltum	Pẽna ſancti Ioãnis
Ancona	Tolentinum	Mons nouus	Mons monaci
Firmum	Sanctũ Geneſium	Serra comitum	Mons ſanctæ Ma-
Camerenum	Mons milonis	Serra ſancti Quirici	riæ in lapide
Eſculum	Amandula	Pirus	Caſtengianum
Vrbinum	Sernanum	Caſtrum ficardũ	Furcæ
Ciuitates magnæ	Mons fortinus	Mons ſanctæ Ma-	¶ Minores
Penſaurum	Arquata	riæ in caſſiano	Humana ciuitas
Fanum	Ripatranſonum	Appignanum	Villa iuſtitiæ, vel
Foroſinfronium	Sanctũ Elepidium	Belforte	caſtrũ mõtis offi.
Calium	Offida	Mons luponus	Barbara
Exium	Mons rubianus	Murrũ vallium	Mons ſicchus
Racanetum	Mons granarius	Mons cauſarius	Domus
Macerata	Mons ſanctæ Ma-	Sanctum iuſtum	Staffulum
Fabrianum	riæ in giorgio	Mons florum	Offania
Sanctũ Seuerinum	Mons Vlmi	Conſengianum	Porchia
Mediocres	Mons ſanctus	Mons altus	Patregnanum
Auximum	Ciuita noua	Mons denouem	Rotella
Cingulum	Mons bodii	Mons Elpari	Caſtrũ gagliardũ
Rocca contrada	¶ Paruæ.	Sancta Victoria	Mõs filiorum optrani
Monticulum	Senegalia ciuitas	Mons ſci martini	Mons fani.

¶ Singula Caſtra comitatus quondã Fani. ¶ De comitatu quõdã Vrbini, duo ſunt mediocra, videlicet. Caſtrũ durantis, & Caſtrũ ſaſtrobariæ. Alia vero caſtra & villæ ſunt minores. ¶ Item de Maſſatrabaria duo caſtra ſunt mediocra, videlicet, Caſtrum ſancti Angeli in vado. Caſtrum mercatelli. Alia caſtra & villæ ſunt minora. ¶ Item caſtra & villæ terrarum ſanctæ Agatæ ſunt omnia de mediocribus. In aliis vero prouintiis quilibet rector diſtinctionem ſimilem facere teneatur.

¶ De inſignibus & armis clauium eccleſiæ apponendis in locis publicis & patentibus, & Tubis. Rubrica. LII.

AD hoc vt terræ oẽs & ſingulæ ad Ro. eccleſiã in ſpũalibus & tẽporalibus pleno iure ſpectantes in partibus Italiæ citra regnũ Siciliæ conſiſtentes ſignis euidentibus, nedũ ab incolis earundem, ſed etiam a forenſibus & tranſeuntibus a terris aliis dinoſcantur. Et vt interior animorum fidelis ſubiectio per geſtus & habitus exteriores aperte (vt conuenit) demonſtret. Statuimus q quelibet cõitas ſiue vniuerſitas cuiuſcunq; ciuitatis, caſtri, terræ, vel villæ dictorum locorum eccleſiæ teneãtur & debeant infra vnius menſis ſpaciũ a die pñtis ꝯſtõnis in portis, plateis, & locis ac edificiis publicis: ſiue habitationis ſuorum officialium oibus & ſingulis. Et ſilr Dñi quorũcũq; caſtrorum in portis oibus, & edificiis maioribus ſiue fortilitiis magnis quorũlibet ſuorum caſtrorum facere patenter publice & honorifice ſculpiri in lapidibus, vel ſaltem depingi coloribus congruis, ita q poſſit manifeſte ab omnibus per ipſas ciuitates: caſtra, terras: & villas tranſeuntibus cognoſci, inſpici & videri. Et ibidẽ ſit perpetuo remanſura inſignia & arma eccleſiæ: q̃ ſunt claues conceſſæ beato Petro apoſtolo Vicaro Ieſu xp̃i, & inſignia ſiue arma ſanctiſſimi patris & dñi dñi Innocẽtii diuina ꝓuidentia ſacroſanctæ Roma. ac vñis. ecc. papæ Sexti. Et deinde ſucceſſiue, inſignia, & arma quorũlibet Romanorum Pontificum canonice intrãtium infra ſex menſes, poſtq̃ ſucceſſor ad apoſtolatus apicem aſſumptus extiterit. Et q ꝑdicta efficacitet fiant, poteſtates, capitanei, & officiales quilibet dictarum terrarum: & cuiuſlibet earum dent omnibus modis operam opportunam: ita q prædicta penitus executioni mandentur. Et ſi arma alicuius cõmunitatis vniuerſitatis vel nobilis ſculperentur

rētur vel depingerent in loco aliquo vel circa, vbi eēnt sculpta vel depicta arma ec
clesiæ, & dñi Papæ illa non p̃sumptuose, sed reuerenter locent: vt insignia ut arma
Romanæ ec. & dñi Papæ decentem p̃eminentiam super cætera habeant, & fideles
fidelitatem quam asserunt: ostendāt in gestibus, & inferioris gradus meritum supe/
rioris agnoscat. Insuper eisdem rōnibus & causis inducti volumus & mandamus, ꝙ
omnes & singulæ cōitates & vniuersitates p̃dictæ, q̄ habent & habere consueuerunt
in p̃teritū vel in futuꝝ habebunt sigillum ꝓprium, vel cum sigillo sigillante ipsorū
litteras vel scripturas: in ipso sigillo supra arma, siue isignia ipsius cōitatis vel vniuer
sitatis apparenter infra dictum mēsem in p̃ntibus faciant apponi & sculpiri arma &
insignia ecclesiæ & clauium p̃dictarum vel eorum sigilla de nouo refici, & cum di/
ctis armis ecclesiæ de nouo fabricari & vetera sigilla destruere, & absque dictis armis
ecclesiæ nullo sigillo vti decætero, nec absq; eis nouum sigillum aliquod fabricare.
Sed sigillo eorum cum dictis armis ecclesiæ vti in eoꝝ litteris & omnibus aliis acti/
bus vbi sigillū fuerit opportunum. Insuper cōitates oēs & castroꝝ Domini p̃cones
siue tubatores: aut trombettas vulgariter nuncupatos teneantur ad quamlibet tubā
& tibiā eoꝝ apponi facere: & cōtinue retinere pēnonē, in quo in eminentiori par/
te supra alia arma cōitatis vel dñi contineantur apparenter arma ecclesiæ supradi/
ctæ. Et qui contrafecerit in quocūq; casuum p̃dictorum, vel adimplere p̃dicta cum
effectu neglexerit. Si cōitas siue vniuersitas fuerit iterdicti. Si officialis vel alia singu
laris persona excōis sententiæ eo ipso decernimus subiacere. Et nihilominus vniuer
sitas: siue cōitas ipsa trecentoꝝ florenoꝝ auri, & officialis seu alia singularis persona
centū flor. auri, pœnis pro transgressione & inobediētia huiusmodi puniatur.

¶ Incipit Liber Tertius de Cōstitutionibus pertinentibus ad offiñ spūalium.

¶ De officio rectoris siue auditoris super spūalibus. Rubrica. I.

Consuetudo antiqua, cuius non reperitur initium. Et veteres cō
stitutiones successiue per Rectores & officiales ecclesiæ confir
matæ. Quaꝝ primi nō reperiunt̃ auctores. Et exigētia cōmoda
ꝓuincialiū: qui metropolitanū non hñt. Et opportunitas expli
candoꝝ negocioꝝ ecclesiæ & suoꝝ officialium. Et summi Pō
tificis forsan ordinatio, uel saltem tollerantia retroactis tempo/
ribus tribuere Rectori ꝓuinciæ sup spūalibus. Qui q̃nq; auditor
vocatus extitit officium late diffusum, adeo ꝙ idē Rector siue
auditor, vt quilibet ordinarius, de oibus causis spūalibus ad forū ecclesiasticū perti/
nētibus, cognitionē & decisionem consueuerunt exercere: & vice ordinarii fungi
in quibuscunq; causis ciuilibus & criminalibus, & correctionibus delictorum: & or/
dinarioꝝ ep̃orum: & alioꝝ p̃latoꝝ locorum suo regimini cōmissorū causas cogno
scere, & eoꝝ supplere negligentiam & defectū. Et ēt ꝯsueuit cognoscere & termina
re cās appellationū ab ipsis ordinariis & p̃latis, & q̄buscūq; clericis: seu eoꝝ sentētiis
interlocutoriis & diffinitiuis, & q̄buscūq; grauaminibus interiectas. Nos igit̃ non vi
dentes euidentē vtilitatē mutationis: siue reuocationis ꝯsuetudinis & ꝯstōnis hmōi
ipsas pro euitatione scandali & bono pu. duximus approbandas.

¶ De officio iudicis super spūalibus. Rubrica. II.

Iudex super spiritualibus per Rectorem siue auditorem generaliter deputatus sit
& esse intelligatur iudex competens & ordinarius in omnibus causis spirituali/
bus, & criminalibus & ciuilibus ad forum ecclesiasticum pertinentibus, præter/
q̄ in his q̄ sibi a dicto Rectore siue auditore forent spāliter interdicta. Et p̃terq̄ in cau
sis appellationū a suis sentētiis: siue grauaminibus interpositis seu interponēdis, dē q
bus dictus Rector spūaliū, siue Auditor p se vel p aliū sit cognitor & ēt terminator.

¶ De modo procedendi in causis spiritualibus. Rub. III.

SPiritualium causarum & omnium pertinentiũ ad forũ dicti auditoris vel sui iudicis vel delegati: siue sint criminales: siue ciuiles: siue appellationũ. Similis ordo sit in procedendo & in sententiando, sicut determinatur per nostras constitutiones in causis ciuilibus criminalibus: & appellationibus pertinentibus ad forum secularium iudicis seu rectoris temporalis prouinciarum.

¶ De excõicatiõibus & interdictis in fauorẽ appellati. & ꝓsequẽtium ius suũ in curia nostra. Rubrica: IIII.

AVditor & iudex super spũalibus, & qlibet ipsoꝝ qñcũq; ipsi vel alter ipsoꝝ inde fuerint reqsiti per iudicẽ appellationũ vel delegatũ: corã quo cã appellationis interposita ad rectorẽ, vel suũ iudicẽ, aut officialẽ verteret: vel ꝑ parte appellante, vel ius suũ ꝓsequente coram rectore vel suis iudicibus, teneat̃ sub pœna excõis in officiales seu singulares personas iterdicti in cõitates & terras, quas pœnas incurrant ipso facto, mandare oĩbus, ꝙ innouatio facta ꝯtra dictos appellãtes, vel ius suũ ꝓsequentes, debeãt infra terminum per eos assignandũ reuocari, & ad pristinũ statum reduci: & ꝙ ab omni nouitate noxia debeant abstinere.

¶ De modo deferendi corpus Christi ad infirmũ & illud referendum. Rubrica. V.

VT debitæ deuotionis occasio circa corpus Dñi nostri Iesu xp̃i ꝑ redẽptiõne fidelium imolatũ oĩbus ꝓbeatur. Præcipimus ꝙ quotiens idẽ Corpus dñi nři Iesu xp̃i ad infirmum deferri contingerit in calice, vel pixide, vel alio decenti vase ad hoc spãliter deputato, cooperto, mundo, & pulchro velamine. Sacerdos veste alba vel alio habitu decenti indutus ambabus manibus, añ pectus deferat reuerenter ad infirmũ ministro ecclesiæ, vel in clericali habitu cũ cãpanella & lumine ꝓcedẽte, & idipsum in reditu obseruetur: si idẽ corpus domini ꝯtingerit reportari.

¶ Quod missa nõ celebret̃ sine lumine cere. Rub. VI.

ITem præcipimus ne quis præsbyter absq; lumine candelæ de cera missarum solemnia audeat celebrare.

¶ De non celebrando in locis interdictis, & non participando cum excõmunicatis. Rubrica. VII.

ITem districtius inhibemus, ꝙ nemo audeat celebrare in locis interdictis: nec cũ excommunicatis, aut interdictis in diuinis officiis adesse, vel aliter cum eis participare contra canonum instituta.

¶ De pœna admittentium publicæ excõicatorũ vel interdictorum cuiuscunq; conditionis. Rub. VIII.

ITem interdicimus ne quis aliquem publice excõicatum vel interdictum cuiuscunq; conditionis vel status existat, quolibet scienter admittat: Trangressores autem constitutionis nostræ cuiuscunq; conditionis aut relligionis existent exẽpti & non exempti ipso facto sententiam excõmunicationis incurrant, & aliter Rectoris, siue iudicis spiritualium arbitrio puniantur.

¶ De pœna excõmunicati vel suspensi immiscentis se diuinis. Rubrica: IX.

ITem siquis excõicatus aut suspensus sniam excõis aut suspensionis cõtemnẽs celebrare ꝓsumpserit aut iniecerit se diuinis: eũ decernimus officio & beneficio pꝑti constitutione priuatum, & aliter rectoris arbitrio puniendum.

¶ Quod clerici non incedant sine tonsura & habitu, nec secularibus inhonestis actibus se imisceant. Ru. X.

ITem statuimus & arctius prohibemus, ne quisquam clericus beneficiatus: aut in sacris existẽs ordinibus sine congruenti tonsura & habitu clericali decenti incedat: nec vtatur inhonestæ mercationis, vel negociationis officio vel taberna, nec in taberna comedat siue bibat, nisi in itinere constitutus, nec ludere audeat ad aleas vel taxillos publice vel priuate. Contrafacientes vero iudicis arbitrio puniant̃.

¶ Ne clerici

¶ Ne clerici fœnerentur. Rubrica. XI.

ITem interdicimus, ne quisq̃ clericus per se vel per alium publice vel occulte ad vsuras seu caput saluũ pecuniã mutuet: nec aliqd aliud faciat vel ꝯcedat: ex quo possit aliquid vltra sortem percipi, vel lucrum fœneratitium peruenire.

¶ Ne vsurarii absoluãt, vł ecclesiastica sepultura gaudeãt: nisi sub certa forma. R. XII.

ITem ꝑcipimus: ꝙ nullus publicus vsurarius etiam in mortis articulo absoluatur & etiam ecclesiastica gaudeat sepultura: nisi prius eos, a quibus vsuram extorse/rit, & quantitatem extortam, iuramento proprio manifestet, & primo ẽt ab eo idonea cautio exigatur de restituendis vel remittendis vsuris his: a quibus eas extor serit: vel fraudulenter sibi promitti fecerit, iuxta tenorẽ fœlicis recordatiõis summi Pont. Gregorii decimi, editæ in consilio Lugdunensi. Præcipientes insuper eccle/siarum prælatis, vt constitutionem ipsam frequentius in ecclesiis & prædicationi/bus publicent: eamq̃ diligenter faciant obseruari.

¶ De pœna clericoꝝ tenentiũ publicæ concubinam. Rubrica. XIII.

ITem interdicimus omnibus clericis & relligiosis, ꝑsertim in sacris ordinibus cõ stitutis, cõcubinas vel focarias retinere vel habere publice. Qui vero contrafece rit: incurrat excõis sententiam ipso facto, & aliter sic grauiter puniatur, ꝙ pœna decente cognoscat: q̃ graue sit hoc crimen in clericis & enorme.

¶ De pœna Clerici arma portantis. Rubrica. XIIII.

ITem interdicimus omnibus clericis & religiosis personis in ciuitate, castris, vel villis arma portare. Et si quis contrafecerit, in tribus florenis auri vice qualibet puniatur, & arma amittat.

¶ Quod Clerici non incedant post tertiũ sonum campanæ. Rubrica. XV.

ITem cum non solum a malo, verumetiam a specie mali ꝑcipiat apostolus absti nere. Interdicimus eisdem clericis, ne post pulsationem campanæ cuiuslibet lo ci de nocte absq̃ maxima rõnabili causa & necessaria per terram incedant, sicut nec laycis cuiuslibet loci licet. Cõtrafacientes: Rectoris arbitrio puniantur.

¶ De hora celebrandi matutina. Rub. XVI.

ITem omnibus ecclesiarum rectoribus & ministris præcipimus, vt in ecclesiis si/bi cõmissis, matutinum officium saltem compleant in aurora, excepto speciali/ter duntaxat paschali tempore quo sufficiat illud perfici orto sole.

¶ De pignorantibus vasa sacra, vel ornamenta ecclesiastica, & recipientibus ea pignori. Rubrica. XVII.

ITem interdicimus, ne quisq̃ calicem, patenam, vel crucem, turribulum, vel sacerdotalia indumenta, vel librum ecclesiasticum, aut quæuis alia ornamẽ ta ecclesiastica pignori obliget: vel obligari præsumat. Alioquin mutuans quod mutuauerit amittat: pro debiti quantitate obligans: puniatur.

¶ Ne Clerici assumant officium cõis, nec exerceant aduocationem in curia seculari & de pœna admittẽtiũ. Rubrica. XVIII.

ITem statuimus, ꝙ nullus clericus in sacris ordinibus constitutus, assumat of ficium cõis, nec sit consiliarius, nec statuarius: nec aduocationis: vel procu/rationis, aut sindicatus in foro seculari officium faciat, nec assumat nisi pro ecclesia & miserabilibus personis sub pœna excõis quam contrafacientes incurrant, & incurrere volumus ipso facto. Prohibentes potestatibus iudicibus, & aliis officia/libus, ꝙ eos ad ꝑdicta nõ admittant sub pœna simili incurrenda similiter.

¶ Ne clerici recipiant contractus in fraudem collectaꝝ, & de pœna contrafacientis. Rubrica. XIX.

ITem prohibemus & interdicimus, ne aliquis Clericus a patre: a fratre, vel aliis quibuscunq̃ recipiat emptiones, donationes, vel alias cessiones in frau dem terræ & cõmunis vnde est, & vt propter hoc cõmune terræ suæ frau/detur in datiis & collectis quas debet: & solitum est percipere de bonis prædictis. Contrafacientes vero & fieri facientes, sententiam excõmunicationis incurrant: & cessationes & contractus huiusmodi non valeant nec teneant ipso iure.

¶ De poena sustinētiū sniam excōis, vel interdicti aio idurato vltra certa tpa. R. XX.

SI qua cōitas sniam excōis in Ptātem Rectorē, cōsiliarios: vel officiales suæ terræ occasiōe suoꝝ officioꝝ p Rectorē vel legatū Ro. eccl. vel iudicem in spūalibus aut epos platam, aut ēt interdicti sniam in terra ipsa pmulgatam spacio duorū mensium sustinuerit: indurato aio. Cōitas, sine vniuersitas in cētum florenis auri: rector siue Potestas ciuitatis vel vniuersitatis in. xxv. florenis auri, & quilibet alius officialis in decem florenis auri curiæ condemnetur. Singularis vero persona q̄ excōis sniam a suo indice pmulgatam per idem tp̄s sustinuerit, nec cum effectu petierit se absolui. Si comes vel baro fuerit, centum florenis auri. Si nobilis alius, floreñ. xxv. Si plebeius, decē floreñ. auri poenæ se nouerit subiacere. Quod si forte p̄missæ vniuersitates: vel aliæ singulares personæ p alios duos mēses sustinuerint aio obstinato poenæ prædictæ in singulis duplicenē, & grauius iudicum arbitrio puniantur: si tempore prolixiori in sua duritia contumaciter duxerint persistendum.

¶ Quod quilibet ep̄s hēat pcuratorem in curia generali. Rubrica. XXI.

Quia nonnulli epi, plati, & vniuersitates puinciaꝝ, & eoꝝ officiales se a processibus & ꝯdemnationibus, seu sentētiis spūalibus: quos & quas a nobis, seu rectore vel nostra curia contra subditos & vniuersitates, p̄ m ipsoꝝ exigerit impietatum temeritas: pmulgari contigerit, excusare per crassam & supinam ignorantiā molliunē: ac frequenter p insultū guerraꝝ & rebellionū & discrimina fragrantia, eisdem epis nequeunt intimari. Nos volentes prædictis per debita iuris remedia obuiare hac cōstitutione irrefragabili decernimus & ordinamus, vt p̄dicti epi & eorum capitula ecclesiis vacantibus, & plebani & plati locoꝝ suum pcuratorē seu sindicum constituere. in curia rectoris prouinciæ teneanē ꝯtinue ibi moraturū deniq̄ rectori infra mensem a p̄ntis ꝯstōnis tpe p̄ntetur: per quē, seu quos platis, epis, capitulis & eoꝝ officialibus, pcessus, & ordinationes cōmemoratæ sniæ debeant & valeāt intimari, ipsosq̄ epos: capitula: plebanos superius noiatos, considerata locoꝝ distantia & ipsoꝝ qualitate, perinde teneri ad obseruationē & ordinationem sniaꝝ seu pcessuum prædictoꝝ, postq̄ in nostra curia fuerint publicati: ac si eisdē forent psonaliter p̄ntati, q epi & plati debeant infra vnū mēsem a die publicationis præsentis cōstitutionis, prædictæ constitutionis copiam sibi fieri facere & habere.

¶ Quod epi & cæteri plati religiosi: & fratres ēt exempti teneanē seruare excōnes, suspensiones, & interdicta de priuilegio Papæ circa prædicta. Rubr. XXII.

ITem qm̄ ꝯscientiæ p̄sumptuosa temeritas quorundam aios sic tenebrose occupat & inuadit, sic mentem obnubilat eorundem: vt veritate, ac rōne postpositis arbitrii proprii & voluntatis propositum sequi velint, sicut in plerisq̄ religiosis & ecclesiasticis contingere cognouimus ab expto, dū & per rectorē, seu auctoritate nostra contra cōtumaces, inobedientes, atq̄ in rebelles Romanæ ecclesiæ: atq̄ nostros, eorūq̄ demeritis exigētibus, atq̄ culpis, excōmunicatiois in personas: suspēsionis & interdicti in vniuersitates, atq̄ collegia sniæ promulganē, quanq̄ sniæ publicæ sint prolatæ, plerıq̄ religioso clerici sic ipsoꝝ obnubilant mentes & aium, q̄ p̄dictas snias non obseruant ad eoꝝ excusatiōnē cām friuolam p̄tendentes. Quidā enim asserunt ad p̄dictaꝝ sniarum obseruantiam priuilegio nō teneri. Quidā vero crassam & supinam ignorantiā allegant & dicunt p̄dictas snias nō peruenisse ad notitiam eorundem, quod absurdum & inexcusabile esse dignoscitur, cum non sit necesse auribus inculcari: q̄ tam publice & solemniter publicatur, seu etiam promulgatur. Ex quo quot & quanta resultent animarum pericula, & subditoꝝ discrimina nemo sane mentis ignorat. Iustitia nempe ex prædictis turbatur, rūpiturq̄ neruus ecclesiasticæ disciplinæ, delinquentibus peccandi audacia tribuiē, & in turbatione status pacifici

tus pacifici & tranquilli prouinciæ: & subditorum periculum & discrimen, nostra iurisditio & executio, non absque apostolicæ sedis & nostri cõtemptu in diuersis casibus multipliciter impeditur. Et licet ad obuiandum prædictis malitiis & fraudibus multa sint adinuenta remedia, propter quæ possemus temeritatem compescere. Prædictorum tñ sanctissimus pater & summus Pont. Ioannes. xxii. ad malitias & dolositates hmôi compescendas, concessit litteras in hac forma. Ioánes eṕs seruus seruorũ Dei dilecto filio Aemilio præposito, Belmontis præpositum solitum gubernari, ordinis sancti Augustini Valloneñ. diocesis, capellano nostro, Marchiæ anchonitanæ Rectori, salutem & apostolicam beñ. Sicut ad nostri apostolatus peruenit auditũ ṕdictorum minorum heremitarum sancti Augustini & aliorum mendicantium, & nõ mẽdicantium ordiñ. fratrum, ac nõnulli etiam clerici seculares, & aliæ personæ ecclesiasticæ in terris prouinciæ Marchiæ anconitanæ, & aliis terris tuo regimini cõmissis constituti excõmunicationis & interdicti sententias per te latas: dicentes ad ipsarum obseruationem aliquatenus non teneri, obseruare contemnant, propter quæ tuæ iurisditionis executio: non absque nostro & apostolicæ sedis, cõtemptu in diuersis casibus multipliciter impeditur. ¶ Nos igitur volentes in hac parte de opportuno remedio prouidere compelleñ. prædictos fratres, clericos, & personas cuiuscunque status existant, & quemcunque locum seu prælaturam vel officium obtinere noscantur, & etiam conuentum ipsorum: & ecclesiasticas personas easdem ad obseruandũ inuiolabiliter sententias supradictas excõis in personas & interdicti sñias in conuẽtum & ecclesias, & loca ipsorum quibuscunque priuilegiis: & indulgentiis, & litteris apostolicis, generalibus vel spãlibus eis vel ipsorum aliquibus & ordinibus eorundem sub quacunque verborum forma concessis, per quæ nullum in hac parte volumus afferri suffragium: nequaq̃ obstantibus plenam & liberam tibi cõcedimus tenore pñtium facultatem. ¶ Cum igitur tam in officio ordinariæ potestatis q̃ prædictarum litterarum auctoritate nostra teneamur prædictis fraudibus obuiare: & quantum possumus ipsas compescere & punire auctoritate qua fungimur in hac parte præsenti edicto, monemus oẽs eṕos, priores, prouinciales locorum: fratrum prædicatorum ministros, custodes, guardianos fratrum minorum, priores, prouinciales locorum heremitarum: & omnes fratres & cõuersos ṕdictorum ordinum: in ꝓuincia Marchiæ constitutos: & omnes, & singulos abbates, priores, ṕpositos, & plebanos, & vniuersarũ ecclesiarum rectores per dictam prouinciam constitutos: exemptos vel non exemptos cuiuscunque ordinis præeminentiæ, siue status existant. Eisque præcipimus & mãdamus sub poena ingressus ecclesiæ. Eṕis tamen cum reuerentia excõmunicationis in personas cæterorum ṕdictorum: & suspensionis in capitula, & collegia, & interdicti seruandi in ecclesiis eorundem, quatenus sentẽtiam per nos seu auctoritate nostra publice in nostro auditorio contra aliquam ciuitatem, castrum, terram, seu vniuersitatem, vel specialem personam latam occasione rebellionis assumptæ infra quadecim dies a promulgatione eiusdem sententiæ in ṕdictis ciuitate: castro: seu terra: videlicet vnusquisque in ciuitate, cõmunantia, siue castro sit interdictum, & interdictio in quo: vel in quibus ipsorum, vel alterius eorum sitæ ecclesiæ eẽ dignoscanť: teneãtur inuiolabiliter obseruare, ac denunciare obseruari. ¶ Excommunicatos vero occasione prædicta, vbicunque sint, indifferenter, & infallibiliter ipsos teneantur per se vel alium ex prædictis causis denunciare: publice subiacere excõmunicationis vinculo: eosque euitare & euitari facere iuxta canonicas sanctiones. Quem terminum eis pro primo secundo tertio vltimo & peremptorio termino assignamus. Alioquin ipsos prædictam sententiam ingressionis ecclesiæ excommunicationis suspensionis & interdicti, quam in ipsos canonica monitione præmissa proferimus in his scriptis ipsos incurrere volumus ipso facto.

¶ Quod notificatio sententiæ excommunicationis & interdicti, possit fieri per interdictum. Rubrica. XXIII.

Via multotiens illi, contra quos per auditorem, seu iudicem super spirituali
q bus generalem: vel eorum cõmissarium seu cõmissarios proferuntur senten
tiæ excõicationis vel interdicti, tales sententias vilipendunt sub p̃textu igno
rantiæ per eos fictæ seu capitulatæ. Statuimus ꝙ quotienscunq; dictis proferentibus
dictas sententias, vel eorum in officio successoribus videbitur, possit per edictũ pu
blice apponendum ad ianuam palatii vel audientiæ curiæ generalis iudicum fieri
notificatio talium sñiarum excõicatoꝝ seu interdictoꝝ. Et talis notificatio per inde
valeat, & ad obseruationẽ dictaꝝ sñiarum artet, ac si personaliter ipsis excõicatis &
interdictis: & illis quorum interest, talis notificatio facta esset.

¶ Quod inquisitores non procedant ficte nec colore quæsito contra aliquem nõ hereticum, nec de crimine ꝙ heresim non saperet manifeste, nec cruce signaret, nec cruce signatis indulgentiam vel priuilegium concedant: nec dent licẽtiã armorum nisi octo personis, vt hic continetur. Rubrica. XXIIII.

ITem volentes splendore negocii fidei, quod summam puritatem exposcit, per actus quorũuis inquisitoꝝ hereticæ prauitatis, vt indiscretos & improbos tenebrosi fumi caligine obscurati: & per ipsoꝝ inquisitoꝝ auaritiã: vel quis aliã insolertiam linguas loquentium denigrari. Et desiderantes hmõi detestãdi criminis pnitiosa labe respersos, sic p diligẽtẽ inqsitionẽ & debitã aiaduersionẽ de medio fideliũ extirpari, ꝙ p inquisitoꝝ & ipsoꝝ malitias, vel imperitias, status & fama fideliũ & innocentum nõ lædaẽ. Auctoritate p̃dicta statuimus & ordinamus: ꝙ inquisitores hereticæ prauitatis in quacunq; prouincia cõstituti: & vicarii ab eis vel puinciali deputati ministri sic diligenter & fideliter in officio inquisitionis hereticæ prauitatis officium suum exerceant, & contra suspectos vel diffamatos de heresi, postpositis odio amore, p̃ce, precio, vel fauore procedant, ꝙ se de cognitione: indagine, p̃nũciatione, vel quouis alio p̃cessu' quorumcunq; alioꝝ criminum nullatenus intromittant, nec alia crimina quæ heresim non saperent manifeste ad crimen heresis, vt per hoc de ipsis possit cognoscere, retorqueant voluntatem seu redu ant. Nec alicui vel aliquibus crimen heresis falso imponant: vel imponi ab aliis patiantur. Signum venerabilis crucis nulli, nisi quantum eis ex speciali licentia Apostolicæ sedis, de qua prius Rectori fidem faciant: hæ litteræ non imponant alicui nec assignent. Et vbi auctoritate Apostolica cruce signarent: sicut de iure non possunt, prædictis cruce signatis, nec aliis aliquid concedere, ꝙ tempore interdicti auctoritate apostolica, vel quacunque alia vice appositi possint interesse diuinis: nec eos ab aliis suis peccatis, nec a sententia excommunicationis a canone vel ab homine lata, præterq̃ per eos vel prædecessores vel vicarios suos prolata absoluere, nec cum aliquibus super irregularitate quo quo modo contracta quomodolibet dispensare, neq; priuilegia aliqua concedere, vel indulgentias dare, nisi in casibus quibus ipsis a sede Apostolica est concessum. Neq; sine ordinariis vel eorum vicariis compositionem seu transactionem: quæ in locum succedit sententiæ cum delatis facere: nec etiam cum episcopo, seu vicario, nisi publice & de consilio peritoꝝ. Nec in fraudẽ aliquos in suã familiaritatẽ, vt per hoc possint arma portare, possint recipere, nec iam receptos aliqualiter retinere. Et vt tollatur fraudis suspitio, & inquisitores precum importunitates euitent. Quilibet inquisitor & Vicarius vltra octo personas in talem familiaritatem sine Rectoris prouinciæ licentia non possit recipere vel habere. Quorum octo nomina ipsi rectori in scriptis anteq̃ possint arma impune portare, tradere teneanẽ. Quod si præfati inquisitores vel vicarii præsentis constitutionis fuerint transgressores excedentes directe vel indirecte in prædictis: vel aliquo p̃dictorum, vel in cõtrarium temere venientes, excõis sententiam incurrant ipso facto. Et minister prouinciæ super hoc sũmarie informatus: remoto ab inquisitiõis officio huiusmodi delinquentes imediate alium substituere teneaẽ. Nec talis in hac causa amoto honore ad ministrationem, vel officium in suo ordine valeat obtinere.

¶ Liber Quartus incipit continēs cōstitutiones pertinētes ad ꝓcessus & punitiones maleficiorum.

¶ De modo procedendi sup maleficiis cōtra delinquētes. Rubrica Prima.

STatuimus ꝙ in quibuslibet maleficiis & excessibus vel quasi, possit procedi cū accusatore, & denunciatore publice, cuius intersit, & per modū inquisitionis ex officio. s. quo ad inquisitionē ex officio in casibus, in prima cōstitutione concessis, & ad denūciationem quocūq; dictorū modorū simul & separatim, & incepta vna via possit redire ad aliā ne maleficia remaneant impunita seruato iuris ordine, & solēnitate, vel nō iure aliquo non obstāte. Cuilibet tñ legitima facti defensione ꝯseruata iudices curiæ ad indagationē veritatis teneri volumus nō ad obseruātiam solēnitatis iudiciarii ordinis coartamus. Et ad veritatē inuestigādā ꝓcedere possint, sicut eis videbit expedire sūmarie & de plano ac sine strepitu & figura iudicii. Aestimatio aūt in iure simul cū criminali deduci aut intēptari nō possit. Et vt clarius modus ꝓcedēdi in causis criminalibus appareat, ordinamus ꝙ ex debita accusatiōe vel denūciatiōe & recepto ab accusatore vel denūciatore iuramēto, ꝙ credit ꝯtēta in accusatiōe vera eē, & denūciatiōe: & ea se posse ꝓbare & inscriptiōe facta ab accusatore, q̄ se obliget ad poenā tallionis, & denūciatoris q̄ se obliget ad poenā extraordīariā sm formā iuris & satisdatiōe idonea de reficiēdo expēsas denūciato, siue accusato si in ꝓbatiōe defecerit: & nō ꝓbauerit plene, vel semi plene, vel formata inquisitiōe citet reus inquisitus sm formā ꝯstōnū de citatiōe loquētiū. Et, si nō cōparuerit ponat in bāno cū certo termino arbitrio iudicis assignādo. Et demū elapso termino bāni ꝯdēnet: Si vero reus cōparuerit ante bānū: vel anteq̄ labatur terminus vel ante sniam recipiat eius excusatio, & ponat in carcere vel cōmittatur fideiussoribus, sicut per ꝯstōnem nrām, vel vbi ꝯstitutio nō loqueret de iure fieri debet, & det ei terminus ad defendendū arbitrio iudicis. Et simil'r accusatori & denūciatori: vel eius ꝓcuratori ad ꝓbandū suā accusationē vel denunciationē, si fuerit negata in totū vel in partē. Et infra dcm̄ terminū vtraq; pars debeat ꝓbari p oēm modū probādi. Et decetero nō audiat: nisi iusta causa mouerit iudicē ad aliā dilationē dādam & elapso termino publicent testes, si ꝓducti & examinati sunt. Et detur terminus iudicis arbitrio ad accipiēdum copiā de ꝓductis ad opponēdum & probādum ꝯtra eoq; elapso det terminus ad allegādū & decurso dcō termino feratur snia ꝯdēnatoria, vel absolutoria ꝓut iustitia suadebit. Et victus victori semp in tali snia ꝯdemnet in expēsis nō obstāte iuramēto aliquo p̄stito in cā. Et vt p̄dcā possint facilius expediri, volumus & ordiamus, ꝙ qlibet accusator: siue denūciator tpe quo exhibet accusationē, vl' denūciationē. Et qlibet accusatus, inquisitus, vel denūciatus qū se psonal'r excusauerit, statim post excusationē teneat cōstituere & vnū ordinare de ꝓcuratoribus residētibus in curia in suū ꝓcuratorē p̄ntē, & acceptantē ad totam cām hmōi & occurētia, & opportuna in ea, cuius ꝓcuratoris nomē: & ꝯstitutio ponat in actis vt possit apparere, & sciri pro singulis actibus incūbentibus & opportunis. Et qui sic nō cōstituerit & nō assignauerit, & in actis scribi nō fecerit ꝓcurator possit ad singulos actus, & ad sniam audiēdam ad banchū citari cū proclamatione. Vel accusator, vel denūciator, in accusationis: vel denūciationis exhibitione, & accusatus vel inquisitus in excusatione eligat locū certum in terra vbi residet curia ad quē citet ad singulos actus illius cāæ. Et valeat talis citatio, ac si facta esset personaliter, vel ad domū, & sm formā iuris, & valeat citatio ad sniam audiendā in causis criminalibus: ēt si nō sit peremptoria, & pro perēptoria habeat. Volumus etiā: ꝙ Notarii accusationē: vel denūciationem aliquā nō recipiāt: nisi illā primo iudici ondant: qui iudex nomen offerentis faciat scribi in actis ipsumq; porrigentē iurare, ꝙ ipsam animo calūniæ non ꝓducat: nec offerat. Et noia testium recipiat ab eodem quē si calūniantem inuenerit, puniat accusatorē ad poenam talionis, denūciatorem ad poenam extraordinariam sm formam iuris.

¶ In quibus casibus possit per inquisitionem ꝓcedi ex officio. Rub. II.

STatuimus & pn̄ti cōstitutione firmamus, ꝙ nulla inquisitio fiat ex officio: sine expresso noīe denūciantis de aliquo maleficio vel quasi per iudices vel officiales, nisi forsitā de publicis, siue atrocibus criminibus, vel nisi fieret super eo, qḋ diceret per aliquem Rectorem Ciuitatis vel Castri, seu quemcunq̄ aliū iudicē, aut quācūq̄ aliam ꝑsonam ꝓcessum inouatum, vel impeditum, aut grauamē aliqḋ illatum esset ꝯtra aliquem appellātem ad romanā: vel gn̄alem ꝓuinciæ, aut p̄sidalem curiam, vel etiam ꝓsequentem ius suū in romana vel in ꝓuinciæ curia, vel ꝯtra venientem, seu venire volētem ad accusandum quolibet in dicta curia, uel cōtra eorū consanguineos, uel affines, uel ꝯtra eoꝝ bona, uel laboratores, vel nisi fieret cōtra illos, qui dicerent statuta, reformationes, cōstitutiones quascunq̄ fuisse in p̄iudiciū ecclesiasticæ libertatis, vel in p̄iudicium iurisditionis Romanæ Eccl. vel nisi fieret cōtra receptatores exbānitoꝝ curiæ uel ꝯtra eos, qui aliquid occupassent de bonis & iuribus: quibuscūq̄ ꝑtinentibus & spectātibus ad Romanam Ecc. vel alias ecclesias, uel nisi fieret de excessibus cōmissis per aliquos magnates, uel ptātes contra aliquas impotētes uel debiles ꝑsonas. Qui autem sint magnates & potētes debiles, & impotentes, Rectoris: uel iudicis declarationi & arbitrio reseruamus, uel nisi fieret contra cōitates, quæ non custodiūt stratas & loca, ne fiant robariæ, & maleficia: & quæ malefactores nō capiunt, & nisi fieret de maleficiis: & excessibus, quæ cōmitterentur, uel fierent in pn̄tia rectoris: uel iudicis, & officialium suoꝝ. Et nisi ꝓcederet de contemptu mādati: & inobedientia rectoris, & eoꝝ iudicum, vel nisi ꝓcederet de maleficiis uel quasi in ꝑsonā rectoris, uel iudicum, & officialium, uel aduocatorum, uel ꝓcuratoꝝ collegii curiæ generalis, vel bayuloꝝ dictæ curiæ, uel executorum eiusdem, uel nisi ꝓcederetur de impedimentis factis officialibus, executoribus, uel nunciis curiæ in executione officii, seu commissionis sibi factæ. Et in prædictis casibus possit procedi per inquisitionem, siue infamia præcedat, siue non. In aliis autem criminibus inquisitio non accipiatur, nisi publicus accusator, denunciator: seu promotor appareat.

¶ De denunciatoribus deputandis, & hn̄dis cōtinuo per uniuersitates. Rub. III.

NE maleficia occultētur: & pp̄ hoc remaneāt īpunita, statuimus ꝙ q̄libet vniuersitas deputet unū legalē hominē & idoneū, qui iuret corā iudice maleficiorum ꝓuinciæ & ꝓmittat denūciare dicto iudici, oīa & singula maleficia, quæ cōmitti ꝯtingerit in locis quibuscūq̄ sue vniuersitatis p quascūq̄ personas infra octo dies postq̄ ipsa maleficia cōmissa fuerint cum loco t̄pore circūstantiis: & testibus debitis absq̄ aliqua fraude, cuius officium duret saltē per annum. Et successiue quādo vnus decesserit uel ipsius officiū finitum fuerit alius deputetur, ita ꝙ cōtinue in qualibet vniuersitate denūciator hmōi habeat. Et vniuersitas quæ prædicta nō obseruauerit in mille floreū. auri pro q̄libet vice, & denūciator, qui (vt p̄dicitur) non denūciauerit in quinquaginta floreū. auri pro qualibet uice puniatur. Et facta p̄dicta denunciatione iudex maleficioꝝ in his quæ ad eum ptinēt. Et iudex sp̄ualium in his: quæ ad eum spectarēt, inqrat & ꝓcedat indilate: nisi fuerit p̄uentus per illos, qui hn̄t iurisditionē ab eccl̄a ꝓcedēdi, & in ꝓcedendo, & puniēdo seruet modū per ꝯstitutiones n̄ras in casibus criminalibus ordinatū. Non tn̄ teneat talis denūciator ad pœnam: uel expēsas ex eo quod in ꝓbatione deficeret, nisi ad denunciationem, contra non culpabilem procederet fraudulenter.

¶ De abolitione concedenda. Rub. IIII.

QVia multi quoq̄ & sæpe per iracūdiam & quandoq̄ per errorē ad accusandum ꝓsiliunt. Statuimus & pn̄ti cōstitutione firmamus: ꝙ accusanti & abolitionē petēti & licētiam desistēti ab accusatiōe per eum fcā abolitio ipsa

litio ipsa per iudices ꝓcedat: & ipsa abolitione petita sup dicta accusatione vlterius procedi nõ possit. Et quicqd sup ipsa accusatione & eadẽ instãtia fieret nõ valeat ullo mõ, nisi ex euidẽti causa & aptissima cõtrarium iudici videret, dũmodo petens soluerit cameræ Romanæ eccle. quinq; solidos: vel minus vt iudici videbit. Quã solutionẽ teneat dictus petẽs abolitionẽ ostẽdere & finem facere iudici supradicto p apodissam Thesaurarii vel eius locũtenentis, vel officialis cõstituti ad recipiẽdum capita solidoꝝ in qua cõtineat dies solutionis, & aliter abolitio locum nõ habeat. Et Notarius maleficioꝝ qui scriberet in ꝓcessu teneat ad pœnã priuationis officii dictam apodissam solutionis registrare in actis, iuxta ꝓcessum, de quo abolitio petitur. Exceptis heresi, sodomia, latrocinio, incestu, homicidio, raptu virginũ, & monialium, falsitate: incendio doloso, sacrilegio, furto, & delictis cõmissis in personis officialium & curialiũ curiæ & prouinciæ, & vulneribus atrocibus, in qbus abolitio nullatenus admittatur.

¶De modo & effectu citationis & banni. Rub. V.

Citationes in causis criminalibus fiant per publicũ nuncium vel ꝓconem, vel nuncium specialr iuratũ in cã illa vel negocio illius citationis. Et q̃ sit publicus nũcius vel ꝓco, vel specialr iuratus (vt supra dicit) stetur scripture Notarii maleficioꝝ sic asserẽtis in cõmissione: siue relatione. Et taliũ nũcioꝝ vel ꝓconis relationi de citationibus, & bãnis: & quibuslibet ambassiatis eis impositis credat: & stetur. Et fiat citatio p lrãs, quas nũcius, vel ꝓco portet & pñtet citãdo, bullatas bulla Rectoris, iudicis, vel locũtenentis: pro cuius pte citat, nisi in terra in qua curia residet, in qua sufficiat citari sine lrĩs. Et fiat citatio psonaliter de ipso citãdo, vel saltẽ ad domũ habitationis, siue domicilii citandi. Et qd' portauerit & pñtauerit lrãs, de quibus supra fit mentio, credat, & stet relationi dicti nũcii vel ꝓconis. Et valeat citatio in maleficiis, non obstãte, q̃ nõ fieret ad petitionẽ aduerse partis, vel q̃ pars aduersa in termino se non pñtauerit. Et citatus (vt ꝓdicitur) siue sit vniuersitas, vel collegium, siue sit potestas, officialis, vel alia quæcũq; publica vel priuata: vel singularis persona, q̃ cõpareat certo termino ad se accusandum ab excusatione, denunciatione, uel inquisitione in casibus, in quibus põt inquiri quãtum ad inquisitionem, si non cõparuerit in termino: vel infra terminũ citationis, nisi fuerit iusto impedimento impeditus, seu detẽtus, habeat pro cõtumace ẽt sine alia ꝓnunciatione: vel reputatione cõtumaciæ. Et elapso illo termino citationis possit cõtra sic contumacem ꝓcedi ad bãni dationẽ qñcunq; absq; alia notificatione: vel requisitione. Qd' bãnum mãdato Rectoris, iudicis: vel Locũtenentis detur per ꝓconem sono tubæ præmisso, & alta voce clamãtem, & detur publice ad banchũ iuris dũ sedet pro tribunali in publica audiẽtia, in quo bãno dicat q̃ Rector, vel iudex, seu locũtenẽs facit illum exbãniri pp illam cõtumaciam & delictum, sup quo fuit citatus: quod delictum exprimat in bãno, & in ipso bãno assignetur terminus sibi arbitrio iudicis declaratus & certus ad comparẽdum. Et nisi in termino bãni uel infra terminũ comparuerit & se excusauerit, tunc habeat pro cõfesso et conuicto, et uere contumace et possit diffinitiue condẽnari de crimine absq; alia notificatione banni: uel alia citatione. Saluo q̃ sic citatus et bannitus etiam post terminum banni et ante sententiam quandocũq; comparuerit, et se excusare uoluerit et super crimine se defendere: audiat super crimine non obstante: q̃ elapsus esset terminus banni. Insuper quia multi quãdoq; se malitiose occultant: et subtrahunt, ne possit ad eorum loca per citationem accedi, et quãdoq; rebellio impedit ne possit ad locum citãdi nũcius accedere ad citandum ad locum sui domicilii, et quandoq; forensis qui in prouincia deliquit, in prouincia non reperitur, nec ibi domicilium habet. In huiusmodi similibus casibus sequentes antiquam cõsuetudinem, et constitutiones antiquas, volumus q̃ sufficiat fieri citatio publice per edictum uel per precõem cum tuba ad bãchum iuris, quando iura redduntur sicut uidebitur iudicanti.

¶De præuentione. Rub. VI.

NOnnulli officiales terraꝝ curiã generalem ꝓuinciæ cum ficta ꝓuentione malitiose conãtur eludere, & subitas quasdã citationes faciunt apparere, quoꝝ fraudibus obuiare volẽtes. Statuimus, ꝙ nisi prius instituta accusatione legitima de crimine corã eis vel legitima inquisitione formata in casibus: in qbus possunt inquirere, nulla eoꝝ, vel pro eoꝝ parte fiat citatio sup aliquo crimine: nec fiat die accusationis vel inquisitionis. Et si aliter cõtra ꝑdicta facta fuerit citatio non teneat ipso iure & ex illa accusatione inquisitione, & citatione cõtra ꝑdicta facta nulla cõtra generalem curiam Rectoris & suoꝝ iudicum intelligatur esse facta præuentio, & quandocũq allegaretur: vel opponeretur ꝑuentio contra dictam curiã semper allegans, seu apponẽs teneatur ꝓbare, ꝙ citatio & ꝓcessus alibi facti sint legitimi & in omni tpe ꝑcedentes, nec sufficiat ꝙ citatio eoꝝ eodẽ die cum citatione generalis curiæ apparetet, sed si nõ appareat prioritas tẽporis citatio maioris curiæ vt pote maiorem auctoritatem hñtis citationi minoris curiæ præferatur.

¶De non ponẽdo aliquẽ in carcere sine mandato Iudicis vel Rectoris. Rub. VII.

NE ꝑmiscuis actibus reꝝ turbenẽ officia. Statuimus & firmamus, ꝙ nullus de curia Rectoris ꝓuinciæ audeat, vel ꝑsumat aliquem carcerare: seu in carcere poni facere aliquo mõ vel aliquo colore qsito, nisi fiat hoc ad mandatũ rectoris, vel suoꝝ iudicũ, vel alterius eoꝝ quod per eosdẽ fieri possit in casibus pmissis. Si quis cõtrafecerit, si priuata ꝑsona fuerit pœna ordinata per cõstitutionem nostram in priuato carcere, si officialis aut nũcius: arbitrio iudicum puniatur.

¶De procuratoribus admittendis in criminalibus. Rub. VIII.

FElicis recordationis Bonifacius Papa octauus in quadã sua cõstitutione ordinauit: ꝙ ꝓcuratores legitime ꝯstituti ab exbãnitis per Rectorẽ dictæ prouinciæ vel iudicem: seu officialẽ ipsius, ac alii eoꝝ legitimi defensores ad defensionẽ eorũdem exbãnitoꝝ & bonoꝝ suoꝝ in causis & casibus, in qbus defensores & ꝓcuratores de iure admitti debẽt, ꝓut admittẽdi fuerit, admittanẽ, cui ꝯstitutioni adiicimus: ꝙ in causis appellationũ & nullitatũ criminalibus iterponẽdis a quocũq alio, q̃ a Rectore, vel suo iudice maleficioꝝ possit interuenire ꝓcurator: tam ad appellãdum, q̃ ad ꝓsequendũ, ẽt si excederit pœnam relegationis, seu ẽt essent capitales. In causis vero appellatiõis, quæ iterponerenẽ a rectore vel suo iudice maleficioꝝ: q̃tũ ad cõstitutionem & ad missionẽ procuratoris iura cõia obseruentur.

¶De filiisfa. adultis & mulieribus qñ admittũtur in causis criminalibus. R. IX.

VT facilius ꝓbationes amplientur. Hac cõstitutione statuimus, ꝙ in oibus maleficiis: vel quasi, filiisfamilias mulieres & minores viginti annis, maiores tñ quatuordecim ad testimonium perhibendum admittantur: & eorum dicto & attestationi fides plena detur, non obstantibus filiatione sexu & minore ætate: dũmodo aliud non obsistat. Insuper præsenti cõstitutione firmamus, ꝙ si quis filiusfami. maleficium cõmiserit, & per Rectorem ꝓuinciæ, vel suos iudices extiterit cõdẽnatus, & ille habuerit peculium integre bãni vel pœnæ exactio fieri possit de peculio sibi debito. Si vero peculium nullũ habuerit vel minus sufficiens ad exactionem cõdẽnationis factæ de ipso, pater pro filio vsq ad debitũ & bonoꝝ subsidium teneatur discretione seruata circa facultates & numerum filioꝝ cum misericordia semper. Et pro filio, pro quo sit semel soluta legitima: vlterius peti non possit: nec ipse filius post mortem pris eam petere possit. Et filiusfa. seu minor vigintiquinq annis, maior tamen quatuordecim in criminalibus causis in curia Rectoris & suorum iudicum

rum iudicum & officialium accusare: denūciare, & se defendere possit, etiā sine cōsensu patris: & curatoris auctoritate, & intelligātur habere psonam legitimam standi in iudicio in causis criminalibus, tam in primis causis, q̄ in causis appellationū.

De cōmissione testium in criminalibus. Rub. X.

AD releuandum ꝓuinciales ab incōmodis oībus & inutilibus expensis & oneribus statuimus, ꝙ quotiens iudici maleficioꝝ, seu alteri de causa cognoscenti videbitur possit in causa turbatæ possessionis, vel occupatiōis, seu inuasionis, & in similibus, & in causa mera ciuili, & spirituali cōmittere examinationē, & iuramenta testium pro vtraq; parte, vel altera prout sibi videbitur: & si commiserit alicui Notario, ille Notarius possit per se ipsum scribere depositiones. Et iuramenta & fungi vice & officio iudicis & Notarii in omnibus sibi cōmissis & scriptura illorum & facientibus ad prædicta.

De probatione famæ, & consociorum, ꝙ sufficiant in robariis, & certis aliis casibus. Rub. XI.

PLerūq; contingit, ꝙ robariæ incendia, & alia grauia maleficia vel damna in terra, vel in mari cōmittuntur de nocte quæ per manifestas probationes de visu quandoq; probari non possunt, nec est conueniens ꝙ talia ꝑpetrata impunita remaneant, nec ꝙ passi talia damna remaneant debito remedio destituti.

Ideo statuimus ꝙ talia probari valeant per publicam famam probandā per homines terrarum vicinarum loci vbi maleficium est cōmissum. Et dicta fama habeatur pro plena probatione. Et ille vel illi siue vniuersitas: siue specialis persona cōtra quem sic probatur maleficium cōmissum, compellātur ad emendationem dānoꝝ iudicis arbitri persoluēdam, & pœna debita puniatur. Incisores fructiferum arborū, & vitium uel aliter dānum dantes iudicis arbitrio puniantͤ. Et possit, & debeat procedere contra eos ad condēnationem per ꝓbationem publicæ famæ, & aliis legitimis modis, & præsumptionibus etiam si plene de maleficio non constet. Insuper statuimus ꝙ quicūq; de die vel de nocte ubicunq;, & quandocūq; infra ꝓuinciam, per quemcunq;: seu quoscūq; spoliatus, derobatus, seu depredatus fuerit & aliquas percussiones, seu vulnera uel uiolētiam receperit suāq; derobationem, spoliationē, percussionem: vulnera siue uiolentiam per alios testes, q̄ per socios suos & illos qui præsentes fuerint probare nequiuerit, ueritasq; aliter sciri nequeat, nisi per illos, qui audiuerint & uiderint, ꝙ non solum in subsidium iuris, uerūtiam in odium depredantium, derobantium: ac uiolatorum huiusmodi. Et ut ubicunq; crimina claruerint, puniri debeant, suam intentionem per consortes, socios suos: & illos qui præsentes fuerint: audiuerint, & viderint, dūmodo alii idonei existant, libere possint & ualeant comprobare non obstante, ꝙ per aduersam partem posset obiici, ꝙ tales capitales essent inimici. Quam exceptiōem decernimus in hoc casu nullatenus admittēdam, nisi forte essent præteritæ inimicitiæ: quæ ante huiusmodi iniuriam & uiolentiam essent exortæ. Et hoc ideo decernimus: quia huiusmodi excipientes causam dederunt: ut tales de nouo sui efficerentur inimici.

De malefactore, contra quē apparent indicia, qūo citetur. Rub. XII.

PVblice interest ne maleficia remaneant impunita, ꝙ plerunq; contingit propter malitias, & contumacias malefactorum, contra quos per officium curiæ ex delictis per ipsos cōmissis proceditur per viam accusationis, denunciatiōis, vel inquisitionis. Et cum post excusationem ipsorum malefactoꝝ, habitis per ipsos Iudices & officiales, contra ipsos legitimis indiciis ad inueniēdum veritatem, corā iudicibus requirantur. Ipsi autem malefactores se contumaciter absentātes propter

defectum processus probationis remaneant impediti. Ideo volentes ipsorum malefactorum fraudibus obuiare, & ne de eorum dolositate valeant gloriari. Statuimus: q quotienscunq per aliquem ex curiæ generalis iudicibus, cōtra aliquos malefactores per viam inquisitionis, denunciationis, vel accusationis procedi contingerit, & super processibus ipsis dicti malefactores se excusauerint, & post eorum excusationem legitima indicia per iudices habita fuerint de quibus facta fuerit copia ipsi contra quem habita sunt, & dato eis termino ad reprobandum indicia: & termino elapso, & reprobatione nō facta: dicti malefactores: per litteras curiæ generalis: vel alio legitimo modo citentur, q veniant personaliter coram iudice statuendo in termino iudicis arbitrio. pro eo q legitima indicia sunt habita contra ipsos. In quo quidem termino si non comparuerint, dictus Iudex habita contumacia ipsorum delinquentium, pro plena probatione possit procedere ad condēnationem: cōtra ipsos delinquentes, tāq contra cōfessos & conuictos, nō obstante q se a dicto maleficio, coram dicto iudice excusauerint, & q fideiussores dati tempore excusationis ipsorum teneantur ad solutionem condemnationis prædictæ, & ad executionem dictæ cōdemnationis procedi valeat contra ipsos.

¶ De condēnationibus in causis criminalibus. Rub. XIII.

Sententiæ in criminalibus contra cōtumaces, & bānitos post decursum termini, bāni fieri possint absq aliqua citatione ad sententiam audiēdam, aut aliū actum. ¶ In non cōtumacibus vero sufficiat partes citari ad audiendam sentētiam, etiam si citatio non contineat, q sit peremptoria, & semper terminus talis citationis, pro peremptorio habeatur. Insuper cum contingat (vt experientia manifestat) q propter mutationem Notariorum & officialium: & eorum negligentiā in non custodiendo acta, & propter mutationem curiæ per diuersa loca, & quandoq propter malitiam condēnatorum, & propter alias varias causas processus pendentes dilacerantur, vel aliter destruuntur, ita q haberi, reperiri: vel legi nō possunt & inde camera Romanæ Ecclesiæ dāna maxima sortitur, & propterea multi delinquentes efficiuntur impunes. ¶ Statuimus & ordinamus, q quotiēscūq sententia criminalis reperitur in camera Romanæ Ecclesiæ: seu Thesaurarii eiusdē inter alias sententias: siue sit condemnatoria, siue absolutoria faciens mentionem de processibus: qui præcesserint eam, & a tali sententia non esset appellatum: reclamatū: vel cōtra eam de nullitate actum, infra annum, a tempore quo lata fuerit, q abinde in posterum elapso āno præsumatur pro tali sententia, & fingatur eam præcessisse totus processus: de quo in ea fit mētio, & talem processum legitimum extitisse, sicut in ipsa sententia recitatur. Et eo prætextu, q processus non reperitur vel haberi, aut legi non potest, non ualeat talis sentētia annullari, uel nulla declarari. Vel prætextu posterioris appellatiōis aut querelæ retractari, uel aliqualiter impugnari, uel infringi, nec possit eius executio aliquo modo impediri. In præteritis aūt sententiis etiā prædicta omnia volumus sibi locū vendicare. Volumus ēt & ordinamus, q in omnibus casibus supradictis si condemnatus velit appellare uel de nullitate agere post elapsum dictum annum in casibus: in quibus alias sibi liceret de iure p prædicta nō tollatur sibi ius appellationis, & nullitatis & ostēdendi aliis modis, q̄ per prædictos defectus processuum suam inocentiam.

¶ De mitigatione pœnaꝶ pp cōfessionē, pacē, & solutionē infra .xv. dies. R. XIIII.

Quia legislatores, ac etiam iudicantes potius ad demoliendam pœnā quā exasperādā pſertim vbi pietas, humilitas, vel necessitas illud suadet & doceat inclinari. Pñti constitutione sancimus q quotienscunq pro maleficio contra aliquem pceditur in curia generali alicuius prouinciæ ecclesiæ, vel psidali super aliquo crimine, criminaliter ex quo pœna esset pecuniaria imponenda,

siue pœna

siue pœna sit per constitutiones limitata, siue arbitrio Rectoris vel iudicis imponẽda reus contra quem proceditur compareat. Et in prima excusatione, siue responsione ad accusationem: denunciationem: vel inquisitionem sponte confiteat delictum & cum aduersario, cui iniuriam in persona vel rebus intulit: pacẽ habuerit & eam ostenderit in iudicio per publicum instrumẽtum ante sentẽtiam, & pœnã soluerit cameræ infra quindecim dies post condẽnationem, & nimia paupertate euidenter laborare appareat. Tunc his quatuor concurrẽtibus soluta quarta parte pœnæ, quæ pro illo delicto imponi deberet a cæteris pœnæ partibus absoluat, & pcessus ac sententia cancelletur. Si vero (vt pdicitur) confessus fuerit, & cætera pdicta non cõcurrerint, tunc quarta pars pœnæ prædictæ sibi effectualiter minuatur. Et si cum confessione habuerit solam pacem, vel solam solutionem infra terminũ, vel nimiam paupertatẽ, pœnæ pdictæ medietas minuatur. Si aũt confessus non fuerit, nec alia beneficia habuerit, sed infra dctm terminum quindecim dieꝝ pœnã soluerit quarta pars pœnæ sibi de gratia minuatur. Si vero nõ fuerit confessus, sed conuictus (vt pdicitur) nec infra quindecim dies pœnam soluerit ex pace tantũ vel nimia tantum paupertate sexte partis pœnæ fiat remissio pro ambabus simul, videlicet, pace & graui paupertate quarte partis fiat remissio. Si vero cum solutione infra dctm terminum pacem vel grauẽ paupertatẽ habuerit tertia pars pœnæ minuat eidẽ. Et si cum solutione infra terminum pacem & paupertatem pdictam habuerit medietatis pœnæ indulgẽtiam prosequatur. Et quia a volẽtibus bñdictionẽ ipsam nõ imerito plongatur. Statuimus q qui (vt pdicitur) cõfessus nõ fuerit: sed negauerit & postea conuictus fuerit in quarto pluri pœna condẽnetur, & qui condẽnatus non soluerit infra mensem, quartum plus pœnæ in condemnatione contente soluere teneatur & ab eo condẽnato in quartũ plus & condẽnatio penitus exigatur.

¶ De augmentatione pœnarum & ex certis causis. Rub. XV.

Egidius Eps Sabinensis apostolicæ sedis legatus: & Dñi nostri Papæ Vicarius. ¶ Diligentibus oculis caute circũscriptionis prouida iura pensarunt personas loca, & tempora, & circunstantias alia delicta redigi grauiora, vt sicut nec durius oportet statui, ita nec remissius in grauiter excedentibus statuatur. ¶ Si quis igitur iudicem vel Notarium alicuius curiæ generalis Rectoris alicuius prouinciæ offenderit in personam, vel ad id fuerit auxiliator ipsis sedẽtibus in loco tribunali pro iure reddendo, vel alibi in opportuno exercitio sui officii, dum aliquem actum iurisditionalem pro officio exercuerit in quadruplum cõdemnetur cuius, quod si priuatam personam offenderit puniatur, Sin autem cõmissa fuerit contra eos: aliquo tempore officii, vel sindicatus, vel recessus. Excedentes taliter in triplum non quadruplum puniantur. Et eadem pœna triplicata puniatur offendens aduocatum, & procuratorem fisci, vel aliquem de collegio aduocatorum: & procuratorũ curiæ generalis. Si quis autem offenderit in rebus, vel personis ambasciatores accedentes ad legatum vel rctorẽ puinciæ in accessu, mora & reditu pœna triplicata similiter puniatur, nisi offensio facta fuerit in pñtia Dñi Legati vel Rectoris, quo casu tam præsumptuosa pernitiosi exẽpli audacia, dicti Rectoris: seu iudicis maleficiorũ arbitrio, considerata qualitate personarum offendentium & offensarum qualitate: & quãtitate atq causa offense, aliisq circũstantiis acrius puniatur. Si quis offenderit venientes, & stantes in exercitu vel parlamento mãdato legati: vel rectoris, vel in eoꝝ recessu puniatur in triplũ pœnæ pecuniarie, quæ pro tali offensa si facta eẽt in alium: deberetur. Volumus etiã q pœnæ oẽs pecuniarie per cõstitutionem ordinate pro quibuscũq excessibus: si cõtingat ipsos excessus cõmitti, corã quocũq officiali iurisditionem cõtẽtiosam habentem: dum iura reddit, aut in pallatio habitationis ipsius, aut in parlamento, vel generali consilio: vel contra existentes ad funus alicuius mortui, vel si cõmitteretur noctis tẽpore, vel tempore incendii exorti in terra, vbi illud fieret: vel naufragio: vel in foro publico vel platea, seu in diui

nis, vel in Ecclesia, vel in cimiterio contiguo, vel in prædicatione: vel fieret pro vindicta in aliquem de cõsanguinitate illius a quo ipse offendens prius fuisset offensus: & talis vindicta fieret primo offensore viuente, aut si die natiuitatis domini, festo annunciationis Sanctæ Mariæ, in dominica palmarum, ebdomada sancta, in festo resurrectionis dominicæ, penthecosten: & festo assumptionis beatæ Mariæ, pœnæ in quolibet prædictorum casuum duplicentur. Et si pro maleficio siue per iniuriam rumpatur pax singularium personarum in quadruplum puniatur. Et qui cum balistis lãceis manariis spedis vel cum pauisibus & similibus armis deliqnerit in terris maioribus triplicentur pœnæ & in aliis duplicentur.

¶ De bannitis & condemnatis pro maleficio: Rub. XVI.

Bonæ memoriæ DñsBertrandus Eps̃ Sabinensis: dum erat Archieps̃ Ebredinensis & reformator constitutionem edidit in hac forma. ¶ Item cum a fidelitate & debita obedientia exorbitare non modicum videatur, q̃ in terris ecclesie: aut apud ipsius subditos illæ receptentur personæ & residere priuate vel publice præmittantur, qui exigentibus eorũdem meritis sunt per ecclesiam romanã, & eius officiales iuxta iura, seu constitutiones prouinciæ exbanniti. Nos a subditis Romanæ Ecclesiæ omnem inobedientie & erroris suspitionem remoueri volentes: & malefactores, qui diu sine receptationibus crassari non possunt in iudicio, & iustitia persequi debite cupiẽtes. Eadem auctoritate statuimus & ordinamus: q̃ nulla vniuersitas, seu cõmunitas Ciuitatis Castri, vel alicuius alterius terræ, seu aliqua alia singularis persona cuiuscunq̃ conditionis existat aliquam personam per rectorem Marchiæ, seu alios officiales Romanæ Ecclesiæ exbãnitam recipiat, defendat, teneat, seu receptet. Alioquin tenentes, defendentes, seu receptantes post requisitionem vel inhibitionem maioris curiæ, super hoc factam vel alias scienter huiusmodi exbãnitos: singulares personæ vltra excõmunicationis sententiam quam ipso facto incurrant pœnam mille florenorum auri, Vniuersitas vero vltra interdictũ cui ipso facto subiaceat pœnam quinquemillia florenorum auri se nouerit incurrisse. Pœnis nihilominus aliis in constitutionibus prouinciæ, super hoc inflictis, in suo robore permansuris. Item in pœnam & confusionem exbãnitorum & condemnatorũ pro maleficiis Romanæ Ecclesiæ: & suorum officialium a diuersis retro ecclesiæ officialibus diuisim æditas inuenimus narias & diuersas constitutiones, quas quia in aliquibus contrarias in suis dispositionibus & prolixas cum inutilibus & superfluis verbis & minus ordinatas inuenimus, resecatis superfluis inutilibus & contrariis ordinate in unam pñtem constitutionem duximus reducendam. Statuentes q̃ Thesaurarius cuiuslibet prouinciæ teneatur expensis cameræ in omnibus & singulis Ciuitatibus & terris prouinciæ, in qua est Thesaurarius ecclesiæ, mittere & assignari facere singulis tribus mensibus nomina & pronomina, & cognomina bãnitorum & condemnatorum pro maleficiis curiæ generalis Rectoris ipsius prouinciæ, unde sunt cum substantia delictorum, pro quibus exbãniti sunt & condemnati & pœnis: Ipse quoq̃ cõmunitates teneantur singulis tribus mensibus in eorum parlamentis: generalibus consiliis prædicta nomina, pronomina & delicta publice legi facere & diuulgare, vel facere bãniri & diuulgari per preconem in publicis locis & consuetis pœna & bãno cuilibet cõmunitati trecentorũ floreñ. auri, pro qualibet & qualibet vice qua contrafecerint, vel prædicta obseruare neglexerint iminente. Et nihilominus omnes & singuli de cõmunitate illa & degentes, in loco dictæ communitatis elapso dicto termino trium mensium a die dictæ missionis & assignationis (vt pdicitur) factæ scire fingantur dicta nomina: pronomina, delicta, condemnationes, & banna condemnatorum, exbannitorum, de terra sua & districtu ipsius missa & assignata (vt pdicitur) & deinde nulla possit ignorantia excusari. Et ex inde in posterũ nullus publice, vel occulte audeat talem exbannitum uel condemnatum receptare nec eidem præstare auxilium, consilium, uel fauorem. Et qui contrafecerit si fuerit

vniuersitas

vniuersitas, siue cōitas, potestas, aut alius officialis, & talis cōdemnatus sit exbānitus ad mortem, in treeentis floreñ. auri. Si ad perditionem alicuius membri: in ducētis florenis auri. Si in pecunia similis quantitatis ad quā talis exbānitus cōdēnatus extiterit, pœna oīmode puniatur. Si vero cōtrafaciens fuerit alia singularis persona, ꝓ exbannito in persona vel in membro: in. xcv. florenis auri. Si in pecunia, in. x. florenis auri puniatur. ¶ Statuimus etiam ꝙ dicti officiales & cōitates terrarum studeant dictos exbānitos & ꝯdemnatos in eorum terris, ciuitatibus, siue castris publice cōuersantes ad requisitionē rectoris vel iudicis capere, & curiæ dicti rectoris efficaciter pñtare. Alioquin contrafacientes teneantur in dictis pœnis pro exbānito in persona vel membro. Et si in pecunia vsq; ad eandem pœnam qua exbānitus tenebatur. Et nullus in suis fortilitiis siue domibus tales exbānitos & condemnatos audeat cōtra officiales ecclesiæ, seu ne capiantur ab eis, defensare vel occultare: sed ipsam domum vel fortilitium cuicunq; officiali ecclesiæ volenti talem capere, ad eius requisitionē aperire, pandendi & rimandi facultatem facere: & ad exbānitos ipsos & condemnatos capiendos præbere auxiliū, consilium, & fauorem iuxta ipsius posse, ꝓut ab ipso officiali requisitus fuerit. Et q contrafecerit, eandē pœnam incurrat, & oīa sua bona cameræ Ro. eccle. confiscentur. Et vt quilibet ꝯtra bannitos & cōdemnatos ad materiam habeat iustitiam & executionem ipsius quasi in hac parte ministrari iuuare. Statuimus ꝙ cuilibet etiam si alias bānitus & condēnatus extiterit, liceat dictos exbānitos & condemnatos ad mortem vel membrorum perditionē, vel in pœnā pecuniariam vltra quinquaginta florenos auri impune offendere in persona & rebus quacunq; offensione citra mortem & mēbri amputationem, destructionē, siue debilitationem. Et de tali offensa facta ex permissione huius constitutionis, ꝓcedi nō possit per accusationem, denunciationem, vel inquisitionem. Et ne crescente talium bannitorum & cōdemnatorum perfidia, crescat modus & cura exterminationis eorū magis sollicite procurandæ. Statuimus ꝙ si ipsi post eorum condemnationes cōtumaces & indurati per sex menses persisterēt ex tunc cum spe manifesti ꝑmii: liceat cuilibet ipsos & quemlibet ipsorum capere, & rectori seu eius maleficiorum iudici pñtare, qua captione & pñtatione facta, si capiens & pñtans bannitus & condēnatus non fuerit, & pñtatus pecuniariter condemnatus sit tertiam partem eius, quod inde camera consequetur, dictus capiens & pñtans a Thesaurario habeat cū effectu, dū tñ nulla fraus interueniat capientis. Et si capiens & pñtans fuerit bannitus & ꝯdemnatus ꝓ simili vel minori crimine ꝗ captus & pñtatus hmōi, ipse capiēs & pñtans sit eo ipso a suo bāno & ꝯdēnatiōe absolutus & liberatus, & gratis debeat cācellari: dūmodo captus non sit minoris status & ꝯditionis ꝗ capiens. Si vero capiens & pñtans eēt minoris status aut dignitatis ꝗ captus, vel esset pro maiori crimine bannitus & condēnatus ꝗ captus: tūc suum bānum & cōdemnatio non cesset seu liberetur ab eis: sed ꝯsequatur alia pecuniaria ꝑmia sm̄ qualitatem banni & ꝯdemnatiōis capti & pñtati. Et vt bannitis & ꝯdemnatis pro maleficio oīs cōuersatio & secure persistendi in sua perfidia auferatur, cassamus, tollimus: & reuocamus omnes & singulas securitates: fidantias, & licentias eis per officiales concessas quoscunq;. Et districtius inhibemus ne de cætero aliqua fidantia, licentia: vel securitas eis, vel alicui eorum ꝯcedatur. Saluo ꝙ si aliquis exbannitus vel condemnatus fuerit de nouo maleficio accusatus, denunciatus vel inqsitus de crimine pro quo pœna corporalis deberet imponi, ꝙ eo casu detur licentia sibi & securitas de tali priori condemnatione vel banno vno vel pluribus, quotcunq; & eo comparēte detineatur pro eo ꝙ comparuerit. Et si cōtingat eū absolui libere facultatem habeat recedendi, nec pro antecedentibus bānis seu cōdemnationibus: aut maleficiis possit molestari vel ꝓcedi. Si vero accusaretur, denunciaretur vel inquireretur de alio maleficio de quo nō esset corporalis vel membri pœna imponenda: tunc ad se defendendū & excusandum per procuratorem admittatur eius exbānitione vel condemnatione non obstante. Et cuilibet ꝓcuratori vel aduocato dictis casibus sit licitum ꝓcurare & aduocare, & cuilibet fideiubere pro eo. Insuper tenorem pñtis constitutionis prohibemus expresse, ne aliquis cuiuscunq; cōdi-

tionis aut status existat: audeat, vel præsumat occupare, accipere: defendere: vel cœlare aliquid de bonis dictorum bannitorum & condemnatorum. Et qui contrafecerit quadruplum eius quod cœlauerit, cameræ soluere teneatur.

¶ De pœna elligentium vel assumētium aliquem Imperatorē: Regē, Principē: vel Potestatem in terris ecclesiæ. Rubrica. XVII.

De profundo diuinæ dispositionis consilio. Noscitur pro statu fidei & fideliū ordinatum, q sacrosancta Ro. ecclesia in ꝯgregatione ac pastura ipsoꝝ fidelium, tempora ibus nō caereret auxiliis. Quin potius adiumēta fidelibus semper ꝓficeretur incrementis. Et exinde nō absq miraculis fulgentibus extitit subsecutū, q per monarchias mundi temporaliū principes illuminatos splendore fidei a superna clementia eo deuentum extitit, vt nō solū in vrbe vtriusq potestatis monarchiā esse apud Romanos Pont. cēseret, sed et plurimaꝝ aliaꝝ ꝓuinciaꝝ & terraꝝ Italiæ, & maxime prouinciæ patrimōii Beati Petri in tuscia cum ciuitatibus beatæ mariæ & interamne, & comitatus Sabinensis prouinciæ campaniæ, & ꝓuinciæ maritimæ, Prouinciæ ducatus Spoletani. Prouinciæ marchiæ Anchōitanæ, cum Massatrabaria: Ciuitatis Vrbini: & comitatus quōdam ipsius. Et terris sanctæ Agatæ. Et prouinciæ Romandiolæ regimen, & oīum plenū inueniatur apud eandem ecclesiam, & Romanos Pont. ꝯstitutū. Quod cupiētes incōcussum perpetuis tpibus obseruari, & nullis infructuosis ꝓcellis, aut suppoꝝ vētoꝝ turbinibus agitari hac ꝯstitutione (deo propitio) in perpetuum valitura. Statuimus vt in dictis ꝓuinciis aut in terris ecclesiæ vel eaꝝ aliqua nullo vnq tpe aliquis Imperator: Rex: Princeps: Marchio: Dux: Comes: aut Baro: vel ipsoꝝ, aut alicuius ipsoꝝ frater: filius: vel nepos: vel quiuis alius nobilis, notabilis, potens, vel vniuersitas ciuitatis, castri, seu villæ per se vel aliam personam submittendo quolibet in Rectorem, potestatem, capitaneum, defensorem, cōseruatorem, custodem, vel officialem cuiuscunq nominis, aut tituli vel dominii nomine, elligatur, seu assumatur: vel ellectus aut assumptus retineatur absq sedis Apostolice licentia speciali concessa, aut per ipsius sedis litteras concessionem licentiæ huiusmodi spāliter exprimētes. Q. d si secus factum fuerit nominatiōem: ellectiōem, & assumptionem huiusmodi decernimus esse nullas, & non solū nominatores ellectoꝝ & assumptoꝝ, verūetiam noiati: ellecti: & assumpti: si hmōi nominationi & ellectioni cōsenserint, aut se de ipsis quomodolibet intromiserint intendentes & obedientes eisdem: & ad hoc dantes ipsis nominatoribus, ellectoribus, vel assumptoribus, aut noiatis: ellectis: vel assumptis auxilium, consiliū, vel fauorem, publice vel occulte, cuiuscunq dignitatis, ꝑeminētiæ, ꝯditionis, aut status extiterit, & etiā Priores: Antiani, & Cōsiliarii qui ꝑdicta consenserint: vel ꝑtes fuerint & non cōtradixerint, ac ꝑ posse non restiterint, eo ipso excōis sniam incurrant. Et nihilominus cōtrafacientes in prædictis: vel aliquo ꝑdictoꝝ, priuamus in perpetuū oībus feudis priuilegiis, libertatibus, & immunitatibus: gratiis: & honoribus quæ a prædicta vel aliis tenent ecclesiis: ita q illi, ad quos eorum collatio, concessio, seu dispositio pertinet resumendi ea retinendi seu conferendi aliis: aut de ipsis etiam disponendi, pro ut ad eos pertinet, liberam habeant potestatem, & eorum contrafacientiū bona alia cameræ Romanæ ecclesiæ confiscamus. Cōmunitates contrafacientes: in duobus millibus florenis auri. Singulares vero personæ, in trecentis florenis auri penitus puniantur. Præcepta quoq, mandata, ordinationes, & statuta, quæ sic nominati: ellecti: aut assumpti fecerint, vel cum eorum auctoritate facta fuerint, & sententias omnes quas tulerint, & contractus quos prætextu officii fecerint, nulla & irrita nunciamus. Iudices vero & tabelliones, qui super his: aut eorum aliquibus contra præsentis constitutionis edictum patrocinari vel instrumenta conficere: forte præsumpserint, iudicatus & tabellionatus officiis decernimus esse priuatos, non obstantibus ad prædicta, vel aliquod prædictorum aliquibus statutis, constitutionibus, ordinamentis, aut cōsuetudinibus quibuscunq.

¶ De pœna

¶ De poena occupantium, vel occupatam tenentiũ per tyrannidem aliquam terrã ecclesiæ: vel in ea vsurpantium iurisditionem: & elligentium in eis, ac ellectorũ contra formam constitutionum. Rubrica. XVIII.

Officii nostri cura nos excitat, vt subditorum remediis & defensioni eorum ac iurium & iurisditionum Ro. ecclesiæ sollicite intendamus. Statuimus itaq; q nullus cuiuscũq; status & ꝯdõnis existat, ciuitates, castra, & terras ecclesiæ ꝑ violentiã, ꝓditionem, furtũ, seu quocunq; alio modo inuitis: vel volentibus ipsius terræ incolis vel habitatoribus, aut aliqua parte ipsorum per tyrannidẽ occupare: vel occupata tenere, aut ad sic occupandum vel tenendum præstare auxilium, ꝯsilium vel fauorẽ, aut inde expellere aliq̃ partẽ, seu aliquos hoĩes. Nec ẽt audeat in aliqua dictarum terrarum dñium, iurisditionẽ, aut ꝑeminentiam, aut tyrãnidem assumere, aut q ꝑdicta: vel aliquod ꝑdictorum fiant, mandare: tractare, operam dare, ꝑstare auxiliũ: ꝯsiliũ, vel fauorẽ. Et terras, & loca sic occupata, qlibet occupans vel occupata detinens restituere: & libere dimittere infra vnum mẽsem rectori ꝓuinciæ ꝓ ecclesia teneatur, q si secus a quoquã fuerit attẽptatum, contrafacientes vt reos maiestatis & rebellionis decernimus puniendos, necnõ poenas cõtra reos maiestatis & rebelliõis a iure statutas ipso iure & facto decernimus incurrisse. Ipsi ẽt & eorum posteri in perpetuũ in terris ecclesiæ ad nullum officiũ & beneficium admittantẽ: sed potius sint ipso iure exclusi. Sint ẽt intestabiles & ꝓcessus, & gesta per eos, & ꝯtractus quicũq; initi cũ eisdẽ, & p eos in ipsorum cõmodũ ipso iure sint nulli. Priuilegiis feudis & beneficiis quæ obtinere a Ro. ecclesia dignoscuntur: sint ipso iure priuati. Ipsosq; omnes & singulos poenas contentas in ꝯstõne papali incipiente. Dierum crescentiũ malitia, incurrere volumus ipso facto, easdem poenas oẽs: & singulas cõitates & terras, quas sic occupatas detinent: decernimus incurrisse ipso facto. Adiicientes in detestationẽ talis criminis scelerati, q ipsi, ipsorumq; bona, & hoĩes de terris ꝑfatis possint vt hostes Ro. ecclesiæ, & imperii Romani libere & impune offendi vel capi & capientiũ serui efficiantur, quos quilibet capiens valeat venũdare. Qui aũt sint tales, de qbus supra describitur: delinquẽtes: ꝓbare sufficiat per. x. testes idoneos deponẽtes de fama: etiam sine cã scientiæ, vel q tales cõiter reputentur. Et de ꝑdictis oĩbus & singulis iudex maleficiorum possit & debeat inquirere ex mero officio ad denũciationem cuiuscunq; personæ. Et nihilominus ipse iudex maleficiorum singulis sex mensibus teneatur dictam ꝯstitutionem per suas litteras notificare oĩbus cõitatibus terrarum & locorũ, & officialibus eorundem, & eisdem mandare sub dictis poenis, q dictam ꝯstõnem legi faciant, & vulgarizari in publico parlamento, vel saltem in consilio generali. Pñti quoq; ꝯstõne præcipimus omnibus & singulis ciuitatibus, cõmunantiis: & singularibus & spãlibus personis sub debito fidelitatis, quo Romanæ ecclesiæ tenentur, q nulla ciuitas, cõmunãtia, vel singularis persona audeat recipere aliq̃ ciuitatẽ, castrũ: vel villam in sua defensione, cura, ꝓtectione, seu recomendatione, seu alio mõ quocũq; colore quesito sub sua iurisditione vel aliq̃ defensiõe, seu alia ꝯfederatione, nec aliquã obligationem: vel ꝓmissionem, vel confederationem: cum eis faciat vel cõtrahat sine rectoris prouinciæ licentia speciali: nos. n. omnes subiectiões, obligationes, & ꝓmissiones huiusmodi quascunq;: & sub quocũq; colore vel nomine olim factas, seu in posterum fierent: vel præstari contigerit: cassamus: irritamus, dissoluimus, & cassa irrita: & dissoluta nunciamus, & ad eorum obseruantiã decernimus quoslibet non teneri nec obligari. Cõitates vero quæ in posterũ contra istam cõstitutionem & ꝯtenta in ea fecerint vel fieri fecerint: vel in talibus præstiterint auxilium, cõsilium, vel fauorem, in decem millibus floreñ. auri condemnamus. Alias vero personas spãles: in quingentis floreñ. auri condemnamus, & sint & esse intelligantẽ priuati omni iurisditione, priuilegio, beneficio, libertate, & imunitate quam obtinere noscuntur a Ro. ecclesia, & a nobis, & a nostris ꝑcessoribus, & quibuscunq; legatis, & officialibus ecc. Ptãs vero, rector: cõsiliarii, & officiales, qui in his delinquẽtes fuerint: suis officiis sine ipso iure priuati. Et salaria eis debita siue ꝓmissa occasiõe sui

officii, nullo modo soluantur eis, sed cameræ Ro. ec. sint confiscata ipso facto: & p camerarium ipsius terræ retineantur, & thesaurario soluantur. Nullus aût iudex vel Notarius prædictis interesse præsumat, nec instrumentũ publicũ vel aliam scripturã de p̃dictis vel aliquo p̃dictorũ scribat: dictet, seu dictari faciat sub pœna p̃stiti sacramẽti & priuationis notariatus seu officii & suæ dignitatis. Et potestas, iudex, seu quiuis officialis, cuius tempore actum fuerit aliquod de p̃dictis in aliqua terrarum ecclesiæ ad nullum officium vllo tpe admittatur. Et nihilominus cõitates, terras, seu vniuersitates, ciuitates, quæ contra p̃dicta, vel aliquod p̃dictorum fecerint ecclesiastico interdicto. Officiales vero & spãles personas sniæ excõis, quas pœnas eo ipso incurrant, decernimus subiacere. Et oibus priuilegiis, indulgentiis, honoribus, iurisditionibus, libertatibus, & imunitatibus, quæ a Ro. ec. vel aliunde obtinere noscuntur, sint eo ipso priuati. Item iurisditionem Ro. ecclesiæ seruare cupientes sancimus q nullus Potestas, capitaneus: iudex, vicarius, vel quiuis officialis alicuius ciuitatis, cõmunantiæ castri, vniuersitatis, vel villæ procedat, cognoscat, seu condemnet aliquẽ ad mortẽ vel membri mutilationem, vel ad aliam pœnam personalẽ occasione alicuius maleficii: vel excessus, qui diceretur per ipsum cõmissus, de quo ipsa ciuitas, cõmunantia, castrum, vniuersitas, vel villa, non haberet priuilegium ab ecclesia Romana procedendi: cognoscendi & condemnandi, nec iurisditionẽ Ro. ecclesiæ aliquo mõ ingenio colore quæsito vsurpet, vel vsurpare faciat: Contrafacientes vero vel fieri facientes: vel mandantes. Si ciuitas, cõmunantia: castrũ, vniuersitas, vel villa ecclesiastico iterdicto. Si singularis psona excõis sniæ ipso facto volumus subiacere. Et nihilominus oibus priuilegiis, digni tatibus: honoribus: iurisditionibus, & officiis: bñficiis, libertatibus, oneribus, & imunitatibus, quæ a' Romana ecclesia, vel aliunde habeant, vel habere noscuntur, priuentur. Et tales processus & sniæ nullius sint valoris vel efficaciæ. Sed ex nũc cassamus & irritamus: & de libris tolli & cassari mãdamus. Insuper si qua terra vel cõitas cui nõ licet, vel est phibitum elligere vel assumere, fecerit aut ellegerit per se vel alium ptãtem, aut rectorem: aut capitaneum, iudicẽ, seu vicarium, vel notarium, vel alium officialem quocũq; noie censeatur, aut habẽs ius elligendi: ellegerit personam phibitam per constitutiones nostras, vel per rectorẽ prouinciæ. Ipsam ellectionẽ, noiationem, vel assumptionem cassamus & irritamus, & cassas & irritas nunciamus. Cõmunitasq; quæ contrafecerit vel fieri fecerit: in trecẽtis florenis auri puniatur. Eos vero sic ellectos vel assumptos talibus regiminibus regendis, si se ingesserint, cẽtũ floreñ. auri pœnæ decernimus subiacere. Et nihilominus offm̃ ipsum dimittere teneanẽ, & pcessus facti p eos sint nulli & irriti ipso iure.

¶ De rebellibus & inimicis ecclesiæ, & præbentibus eisdem auxilium: cõsilium, vel fauorem. Rubrica. XIX.

COmperimus bonæ memoriæ dñm Bertrandum epm Sabiñ. dum reformatoris officio in terris p̃fatis ecc. fungebaẽ, vt rebellibus Sanctæ matris ecclesiæ & eiusdem officialibus auferereẽ occasio seruiendi, & i obdurata malitia persistendi prouide statuisse, q q̃cunq; contingerit aliq̃ cõitatẽ seu vniuersitatem ciuitatis, castri, vel terræ aduersus ecclesiam, seu officiales eiusdem qũolibet rebellari. Et ppterea ecclesia seu officiales ipsius aduersus vniuersitates hmõi in rebellionis spiritu permanentes spiritualiter vel temporaliter per exercitum, vel aliter duxerit procedendum. Nulla alia vniuersitas vel singularis persona talibus rebellibus publice vel occulte, directe vel indirecte aliquod præbeat auxilium, præsidium, vel fauorem, decernens transgressores hmõi suæ constitutionis. Si vniuersitas foret subiacere ecclesiastico interdicto, & pœnis trium millium floreñ. auri & iure elligendi potestatem & oibus priuilegiis: imunitatibus, & libertatibus quæ a Roma. ecclesia seu aliis ecclesiis obtinent esse eo ipso priuatas. Si vero singulares forent personæ, eas excõis sniam & pœnæ infamiæ, & mille floreñ. auri & perditionis priuilegiorum, immunitatum, & libertatum: quas a p̃fatis ecclesiis obtinerent, incurrere voluit ipso facto.

facto. Quam cõstõnem vtilem reputãtes. Decernimus eam inuiolabiliter obseruari. Extendẽtes eãdem ad illos, qui cõitatibus:barõibus,nobilibus:rebellibus,& aliis quibuscũq; personis rebellibus:præbuerint auxilium, præsidium, vel fauorem. Et etiam qui ad eos, qui in ipsis cõitatibus, vniuersitatibus, aut terris rebellibus, siue ab aliis quibuscũq; rebellibus assumerent, vel assumptum retinerent officium aliquod potestariæ:capitaniæ,custodiæ notariatus, vel cuiuscunq; alterius generis, vel ipsis rebellibus,aut alicui ipsoꝝ huiusmodi officia concesserint, vel concedi cõsenserint, vt tales oĩbus pœnis subiaceant antedictis. Et salario pro tali officio promisso constituto, seu cõsueto careant, quod salarium cameræ Ro. Ecclesiæ applicet, & electio, vel assumptio sit nulla, & quicquid fieret per electum, vel assumptum hmõi prætextu, talis officii non valeat ipso iure. Et ne calũniosa malitia, seu pernitiosa subtilitas quorundam subiectorum causam adinuenire possit, super nominibus rebellium & inimicorum ecclesiæ:& præbentium eisdem auxilium, consilium vel fauorem. Quid hæc nomina iportẽt, declaramus illos rebelles intelligi:& inimicos ecclesiæ qui pro talibus fuerint ab ecclesia, seu eius officialibus condemnati, aut publice declarati, & illos contra quos ecclesia, vel sui officiales indicerẽt, seu fieri facerẽt exercitus, vel caualcatas:seu guerras hostiliter. Et illos qui contra ecclesiam, vel eius officiales, & terras ecclesiæ guerras mouerint, seu fecerint, aut talia faciẽtibus præbuerint adiutorium, vel fauorem. Auxiliatores autem:consiliatores, & fautores, rebellium:& inimicorum ecclesiæ: eiusq; officialium declaramus illos debere intelligi, qui ipsis rebellibus, siue inimicis præberent gentem aliquam, æquestrem, siue pedestrem, aut homines aliquos ad guerram, siue defensionem, aut custodiam, aut ipsos rebelles associarent in prædictis, aut assumentes ab eis: vel assumptum, aut initiatum, etiam ante rebellionem tenentes, vel exercentes aliquod officium, aut ipsis rebellibus concedentes aliquod officium, uel in concesso, siue initiato, etiam ante rebellionem retinentes, aut mittentes, portantes, præbentes, vel præberi facientes, rebellibus:arma, victualia, vel mercationes: uel res aliquas: aut eisdem molentes, vel moli facientes, blada: aut eisdem præbentes securitatem: vel transitum per sua loca, aut eisdem destinantes litteras, uel nuncios, absq; speciali licentia rectoris prouinciæ:vel suorum officialium, seu capitanei guerre, pro ecclesia, aut ab eis recipiẽtes nuncium:vel litteras, quem & quas, sine aliqua tarditate eidem Rectori, aut Capitaneo præsentarent: vel facerent præsentari, aut cum ipsis rebellibus conuersarentur: vel eos associarent, vel eisdem quocũq; alio modo, cum stipendio uel sine, seruirent:uel darẽt opere, facto, uel dicto:auxilium, consilium, uel fauorem. Et qui sint tales declarationi:& interpretationi Rectoris prouinciæ, & suorum iudicum reseruamus. Insuper quia in qualitate, quantitate:modo, tempore, & personis rebelliũ, & hostium, & auxiliatorum, consultorum, & fautorum prædictorum magna potest differentia euenire, & ẽm qualitatẽ delicti pœna debeat mẽsurari. Statuimus ꝙ Rector puinciæ, siue ipsius iudex maleficioꝝ possit dictas pœnas augere, mutare:minuere, & legales:& alias pœnas addicere, aut imponere, prout inspecta qualitate delicti & personarum, siue vniuersitatum, & perseuerantiam in delictis:& aliis circunstantiis uiderit conuenire. Et qa rebellio auxilium, & fautoria prædicta non debẽt ab aliis delictis impunitatem, sed aggrauationem pstare. Statuimus ꝙ in omnibus prædictis rebellibus, inimicis, auxiliatoribus, & fautoribus, pro omnibus & singulis delictis aliis rebellione:auxilio & fautoria durantibus. Et donec ad mandata ecclesiæ cum effectu redierint cõmissæ pœnæ pecuniariæ duplicentur, & aliæ pœnæ arbitrio iudicis aggrauent. Aliisq; pœnis per cõstitutiones papales in dictis casibus, & quolibet ipsorum statutis in suo statu & robore duraturis.

¶ De pœna facientium guerras, & exercitus, vel caualcatas, & ad id apparatum aliquem, uel congregationem gentium. Rub. XX.

P Ro excellenti dono pacis, quod Dñs noster Iesus Christus, pro hereditate

preciosa reliquit, & per discipulos suos vniuersis annũciari constituit, studiis omnibus sollicitis cõseruando legum latores, et præsertim Romanos Põtifices & officiales ecclesiæ in præfatis prouinciis, tam prouide q̃ vtiliter diuersimode laborarunt. Et quia talis quietis tuitio non potest cõmode fieri, nisi guerrarum motores, qui tã q̃ lupi rapaces sciciẽtes facultates & sanguinem alioꝝ ab eoꝝ pernitiosis conatibus arceantur. Super hoc inuenimus multas constitutiones & varias promulgatas, iter quas illam editam per fœlicis recordationis Sũmũ Pont. Ioan. xxii. incipientẽ. Ad hoc dignoscitur media &c. Quam supra in primo libro harum constitutionum interseruimus seriose. Alias vero constitutiones per diuersos officiales, licet fideliter editas, quia tamen varias & prolixas & in partibus earum superuacuas, resecatis superfluis & contrariis & inutilibus in vnam constitutionem præsentem cum aliquibus declarationibus & additamẽtis, duximus redigendas. Ordinantes & districtius prohibentes: q̃ nulla gens armigera, equester vel pedester ad guerram seu p̃dationẽ dispositam, nulliq̃ stipendiarii equestres vel pedestres seu ad stipendia morari cõsueti pro guerris, audeãt cum stipendio vel sine intrare p̃uincias vel terras ecclesiæ absq̃ sedis apostolicæ vel legati vicarii, aut rectoris prouinciæ pro ecclesia: aut eorum locumtenentis, cuius iurisditionis terras vel terram vellent intrare, licẽtia speciali, nec sine dicta licentiã firma, vel p̃missiones facere de intrãdo, nec de stãdo ad seruitiũ alicuius cõitatis vel alicuius potẽtis nobilis aut alterius singularis p̃sonæ de dictis locis: vel aliũde, dicta loca pro guerra vel p̃datione intrare vel iuadere voleñ. Nec aliq̃ cõmunitas vel singularis persona de dictis locis audeat aliquos stipendiarios vel gentem alienam, vel de prouincia congregare, vel firmare: aut tenere cum stipẽdio vel sine ad guerram actam, siue dispositã, etiam sub colore custodiæ terræ, aut suæ personæ, nec aliquam gentem in dictas prouincias & terras ecclesiæ, aut aliqua ipsarũ ad guerram dispositam introducere, receptare, aut ei ingressum vel transitum, vel victualia præstare: aut alias quomodolibet directe vel indirecte præbere auxiliũ, cõsilium: vel fauorem, nec aliquis de tali congregatione fieri audeat, vel ei congregationi modo aliquo interesse absq̃ sedis apostolicæ, vel legati, vel rectoris: aut locũtenentis (vt prædicitur) licentia speciali. Nec sine prædictorum licentia siue mãdato guerram siue guerras: caualcatam, prædationem, exercitum, aut guasta hostiliter facere, aut obsidionem aliquam, aut captionem personarum vel bestiarum, aut aliarum rerum hostiliter, siue per modum guerræ facere seu fieri facere. Et qui contra prædicta vel aliquod prædictorum fecerit, aut fieri fecerit, aut facienti præstiterit auxilium, consilium, vel fauorem: omnes & singulas pœnas cõtentas in dicta cõstitutione Papali incurrere volumus ipso facto. Et nihilominus prædicti guerrã mouentes, aut congregationem gentium facientes, pœnis legalibus se nouerint subiacere: & omnibus & singulis pœnis a iure productis contra cõmittentes crimen læsæ maiestatis & perdulionis. Volumus etiam & districtius inhibemus: q̃ nulla cõmunitas officialis aut singularis persona ad stipendium vel gratis aut qũocunq̃ teneat vel sumat etiam sub custodiæ velamine vel qũocũq̃ stipẽdiarios aliquos a sua terra: siue in terra in qua eos tenuerit alienigenas siue forenses aut alios hmõi forenses armigeros, nisi prius illorum noĩa & cognomina rectori scriptos exhibeat: & super his ab eodem rectore licentiam obtineat specialem. Quã prohibitiõem ad familiares proprios, quos quis de suo proprio & suis expẽsis: vel pro officio licito s̃m morem consuetum & debitum absq̃ fraude tenuerit: decernimus non extendi. Contrafaciẽtes autem pœnis prædictis volumus subiacere.

¶ De represaliis non concedendis. Rubrica. XXI.

Quia ex represaliarum concessione plurima consueuerunt scãdala peruenire. Ne cuiq̃ liceat sibi ius dicere aduersus alterum. Statuimus q̃ nulla ciuitas, villa, vel terra Baro, vel comes, vel quæ quis alia p̃sona ɔtra homines, loca, & res eiusdem prouinciæ, nec etiam alios quoscunq̃ præsumant vel attẽptent

ptent represaliarum licentiam concedere, nec aliquis audeat represaliis aliquibus vti sine Rectoris licentia spāli, & vnusquisq; in curia ius suum prosequatur. Nos aūt tales represalias & eaꝶ concessiones decernimus non valere. Et insuper contrafaciētes vel fieri facientes vel mandantes. Si cōitas fuerit, in duobus millibus floreñ. auri. Si officialis vel singularis persona, in ducentis flo. auri effectualiter condemnetur. Et insuper is vel ii contra quē vel contra quos hmōi represaliæ sine dicta licentia factæ essent per illos qui contrafecerint, serventur indemnes aliis pœnis ꝯtra tales in iure scriptis, nihilominus in suo robore duraturis, cassantes & irritantes omnia statuta ordinamenta & reformationes consilioꝶ: atq; decreta ciuitatum, castroꝶ: cōmunātiarum directe vel indirecte loquentium contra constitutionem prædictam.

¶ De pœna facientium cōfederationē, ligam, vel conuenticulā. Rubrica. XXII.

q Via conuenticulæ, confederationes, & ligæ quæ factæ sunt retroactis tēporibus absq; licentia apostolicæ sedis vel rectoris prouinciæ cām præbuerūt magnorum errorum: & fuerunt fomentum guerrarū: & esse possent verisimiliter in futurum. Hac ꝓuida constitutione cassamus, irritamus, & cassas & dissolutas nunciamus, omnem societatem, ligam, & fraternitatem: confederationem, capitaniam: rectoriam, iuramentum, ꝓmissiōem: & obligationem, seu cautelam, seu quocūq; nomine vel colore olim factas, seu quæ in posteꝶ fierent, vel ꝑstari contigerit inter ciuitates & cōmunantias, vel inter cōmunantiam & cōmunantiā, vel de terra ad terram, vel de persona ad personas: vel inter aliquas ciuitates: & terras, cōmunantiā, & personas vicissim. Decernentes ꝙ nulla ciuitas decætero, cōmunātia: terra, vel singularis persona audeat, vel ꝑsumat: seu attemptet inire, contrahere, seu tractare: dictare, vel consentire societatē, ligam, obligationē, ꝯfederationē, seu cautelam, seu aliquid aliud quod tantūdem portet cōuenticulas illicitas: vel capitaneū aliquem, seu rectorē: vel gubernatorem, seu consiliarium: seu quouis alio noīe nuncupetē elligere, ordinare, cōstituere: habere, vel tenere alicuius societatis, obligationis, ligæ, & fraternitatis, confederationis: & capitaniæ, rectoriæ, seu caualcatæ: nec prædictis modo aliquo interesse: nec ellectionem, vel creationem hmōi acceptare, nec ei consentire: nec tale offm̄ exercere. Nec aliquis iudex: notarius, vel quæuis alia persona audeat vel præsumat: directe vel indirecte sub pœna priuationis notariæ dignitatis scribere, publicare, vel dictare aliquod instrumentū seu aliā quamcūq; scripturā de ꝑdictis vel aliquo ꝑdictoꝶ. Cōtrafacientes vero vel fieri facientes in ꝑdictis vel aliquo ꝑdictoꝶ. Si cōitas: in mille floreñ. auri. Si comes: baro, vel miles, in trecētis. Si alia singularis persona, in ducentis flor. puniatᷓ: & eoꝶ bona cameræ Ro. ec. confiscata esse volumus ipso facto. Et nihilominus singulares ꝑsonæ quæ cōtrafecerint in aliquo ꝑdictoꝶ. Et capitanei qui dictū offm̄ attemptauerint exercere: ipso facto sniam excōis incurrant. Ciuitates vero, cōmunantiæ, castra, & terræ, seu vniuersitates quæ ꝯtra ꝑdicta cōmiserint, ecclesiastico supponimus interdicto, & sint & eē intelligantᷓ contrafaciētes cōtra ꝑdicta vel aliquod ꝑdictoꝶ priuati oibus priuilegiis beneficiis: indulgētiis: iurisditionibus, libertatibus: officiis, & imunitatibus q̄ obtinerent, seu obtinere possent a Ro. ec. vel aliunde. Et supradictæ pœnæ in omnibus & per omnia, habeant locū contra illos qui ad ꝑdicta, vel aliquod prædictoꝶ faciēda vel fieri facienda dederint: seu ꝑstiterint auxilium, consilium, vel fauorem.

¶ Quod nullus assumatᷓ in capitaneum, potestatem: confalonerium, vel officialem alicuius præeminentiæ in terra propria. Rubrica. XXIII.

Bertrandus ep̄s Sabineñ. dum erat archiep̄s ebredineñ. & reformator. Item q̄a sacrilegii crimen est in terra ꝓpria aliquod offm̄ exercere. Eadem auctoritate statuimus & ordinamus, ꝙ nullus cuiuscunq; ꝯdōnis aut status existat in ciuitate vel in terra aliqua vnde originē trahat, vel vbi domiciliū habet, vel de cuius di/

strictu existat accipere, exercere, vel tenere valeat. Nec audeat offm ptatis, capitanei, vexillarii, confalonerii, cõseruatoris, defensoris, vel ꝓtectoris, seu quoduis aliud quocunq; noie nuncupatur: per quod ciues, municipes, seu districtuales alios supioritaté ptatis: seu praeminétiae praerogatiuam posset sibi aliquem védicare. Nullaq; ciuitas: vel q̃uis alia vniuersitas, aliquem vel aliquos ad hmõi officia vel similia assumere uel elligere, vel assumptum vel assumptos vltra vnius mensis a ꝑe pñtium publicationis cõtinue cõputañ. spacium retinere. Si quis aũt ꝯtra ꝯstõnem ipam aliqđ ex praedictis officiis recepetit in futuꝶ, vel iam recepta non dimiserit, realiter infra mensem a die praesentium continue numerandũ vltra penam excõis praedictam oĩbus bonis suis camerae Ro. ec. applicandis, sint ipso facto priuati, & ab omnibus legitimis actibus: honoribus: & officiis perpetuo sint exclusi. Ciuitates vero & q̃uis aliae cõitates: quae tales ad officia p̃dicta: & similia elligerent vel assumerent, & iá assumptum vltra p̃dictum mensem duxeríit retinendum vltra penam interdicti: cui ipo facto subiaceant, in penam mille floreñ. auri applicañ. fisco Romanae ecclesiae, & perditionem ellectionis, potestariae, ac omnium priuilegioꝝ & imunitatum, q̃ & quas a Romana & aliis ecclesiis obtinuerint: incidant ipso facto.

¶ De poena teneñ. simul plura officia & continuantium offm. Rubrica. XXIIII.

IDem Bertrandus eps Sabineñ. dum erat Archieps ebredinensis & reformator. ¶ Item volentes sic vniuersitatibus ciuitatum, terraꝶ: castroꝶ, & aliaꝶ terraꝶ ꝓuinciae Marchiae elligendi in terris eoꝶ potestates & rectores hñtibus ptátem & possessionem, seu quasi elligendi, potestates & rectores hmõi ꝯseruare: ꝙ per hoc romanae Ecc. quae p̃dictis vniuersitatibus, potestates seu rectors assumendi elligédi cõcessit licentiá, seu permisit, iustitia non laedatur. Ac ꝓuidere volétes, ꝙ nullus qui ad potestarias & rectorias ipsas plus libidine dominandi, & terras in potestate tyránica retinendi q̃ intentione iustitiam ministrandi aspirant, occasio exercendi in terris ipsis tyránidem auferatur. Eadem auctoritate statuimus & ordinamus: ꝙ nulla vniuersitas possit aliquem elligere vel assumere potestatem, seu rectorem, aut camerarium vel deputatum ad custodiam vel guardiam: vel alium officialem, seu iam ellectum vel assumptum tenere vltra sex menses in officio duraturum. Neq; aliquis p̃dicta vel similia officia, vel ipsoꝶ aliquod vltra praedictum tempus audeat vel valeat recipere, seu recepta vel iam in futurum recipienda aliqualiter retinere. Finitis aũt & completis praedictis sex mensibus, nec ille qui prius ellectus seu assumptus in Potestatem seu Rectorem, vel quoduis aliquod officium fuerit, nec aliquis de terra illius, nec de domo seu genere illius vsq; ad tertium gradum per quamcunq; ellectionem de ipso vel de ipsis vno & eodem tempore, vel pluribus temporibus vel vicibus factá infra sequentem terminum, aut infra duos annos in dicta vniuersitate seu terra, vel idé simile officium, vel quoduis aliud nullatenus audeat per se vel alios exercere. Insuper volumus & ordinamus, ꝙ nullus cuiuscũq; conditionis aut status existat in diuersis ciuitatibus, castris, seu terris ecclesiae, duas vel plures potestarias seu rectorias vel similia, vel quaeuis alia officia eodem tempore valeat exercere: nisi super praedictis ꝓrogatione vel reassumptione officii in termino & gubernatione duarum potestariarum vel plurium per nos vel per rectorem prouinciae ex causa rationabili fuerit dispensatum, ꝙ si contra praesentem constitutionem elligendo potestariá vltra sex menses, vel officium prorogando, vel infra terminum iterum elligendo: aut ptáriá uel quaecũq; alia officia elligendo: recipiendo: uel cõtinuando directe uel indirecte fuerit aliqđ attemptatum: ellectio, creatio, prorogatio receptio, & cõtinuatio potestariaꝶ hmõi, uel officioꝶ quorumlibet aliorum oĩ careát roboris firmitate. Et sententiae per tales, seu eoꝶ noie latae, & processus habiti, & quaeuis alia per ipsos uel eorum auctoritate, uel mandato facta, ipso iure sint nulla, & nulli, & nullae, & tanq̃ ab incompetenti potestate, seu iudice, uel officiali temere attéptata, nullũ ꝓ omnia sortiantur effectum. Et nihilominus uniuersitates ꝯtra ꝯstitutiões huiusmodi uenientes

vltra

vltra interdicti sententiam cui ipso facto subiacéet iure elligendi potestatem, vel rectorem perpetuo sint priuata. Et cõtractãtes, seu reassumẽtes, & recipientes potestarias, seu rectorias huiusmodi sentẽtiam excõmunicationis eo ipso incurrãt, & ad recipiẽdum dictas potestarias rectorias, seu quæuis alia officia in pdictis terris & aliis: & ad oẽs actus legitimos indigni, & inhabiles reputent, & ab ipsis: & ab oibus priuilegiis, imunitatibus, & libertatibus, ac bonis & honoribus, quæ ab ecclesia romana & aliis ecclesiis obtinent: pro transgressione huiusmodi ppetuo sint priuati.

¶ De pœna impedientium officiales in eorum officio. Rub. XXV.

NOn absq; magnæ opportunitatis vtilitate iubet apostolus omnes subesse principi, tãq; præcellenti, & ducibus tãq; a deo missis legũ ẽt circũspecta prouisione mõstratur necessarium esse magistratus vigere per quos iura reddũtur, considerãs parum esse iura proferri nisi essent officiales ministri per quos defenderentur iura & executioni debitæ mãdarentur. Resistere igitur vidẽtur legi diuinæ, & humanæ atq; sũmo pontifici, qui suorum officialium officia satagunt impedire. Volentes igitur talium pernitiosam, & periculosam temeritatis audaciam cohercere. Statuimus q̃ si quis in hoc genus sceleris (quod absit) irrepserit: q̃ legatum apostolicæ sedis, aut Rectorem prouinciæ pro ecclesia in executione ipsorum officii: & maxime dum parlamentum, aut sinodus congregaretur, uel celebraretur, vel audiẽtiam publice præberent, vel sententiam proferrent, aut iura redderent: impediret: aut impedire ausus fuerit, aut fecerit, seu operatus fuerit, ne per quascunq; ciuitates: terras: castra, loca suæ iurisditionis liberum habeant accessum, ingressum, eggressum, & transitum, etiam sub colore custodie, vel alio quocunq; velamine aliquid prædictorum facerent, tractauerint, mandauerint, vel præbuerint, auxilium, consilium, vel fauorem pœnis omnibus a iure productis cõtra reos criminis læsæ maiestatis, & perdulionis: & pœnis contentis in constitutione papali incipiente. Dierũ crescente malitia ipsum decernimus subiacere. Si vero prædicta cõmiserit: cõtra iudicem vel marescallum: & eorum officium. Siquidem fuerit cõmunitas, mille marcarum argenti. Si autem comes: uel Baro, quingentarum marcarũ argenti. Et si alius nobilis: vel potestas, aut quicũq; officialis, ducentarum marcarum argenti. Et si alia singularis psona, centum marcarum argenti pœnis decernimus subiacere, q̃s pœnas si nõ soluerint infra terminum, in snia per iudicem statuẽdum extũc actiori pœna iudicis arbitrio puniatur. Si quis autem, bayulũ, nũcium, uel executorem rectoris prouinciæ, uel suorum iudicum: ne faciant citationem, vel dationem, tenute, vel captionem pignorum, aut executionẽ, vel officium sibi cõmissum, phibuerit, vel impediuerit per se: vel alium: directe vel indirecte, aut pignus acceptũ, absq; ipsius voluntate auferre psumpserit, aut se opposuerit, ne libere quãcũq; terram, vel loca intraret, exiret: & transiret libere, aut pdicta fieri mandauerit, aut ad ea facienda pstiterit: auxilium, cõsilium: vel fauorem. Si quidem cõitas, vel vniuersitas fuerit, quingentorum florenorum auri. Si Comes, vel Baro, trecentorum florenorum auri. Si alia singularis psona: quinquaginta florenorum auri, pœnis decernimus subiacere. Et nihilominus quãdo nũcius: bayulus: siue executor impeditus: prohibitus: seu non permissus fuerit intrare terram, vel locum in qua seu quo ambasiata sua fuerit facienda: sufficiat ipsam citationem notificasse & ambasiatam quamcunq; cõmissam per ipsum ad portam illius terræ, vel loci, vel coram ipsis custodibus, siue aliis opponẽtibus, siue impedientibus. Et habeatur perinde, ac si citatio, notificatio, & ambasiata quomodocũq; illis, seu de illis quibus esset facienda: totaliter facta esset: & idẽ per omnia sequatur effectus, quãtum ad piudicium illius, siue illorum, contra quos siue qbus erant hmõi facienda. Et quãtum ad cõmodum illorum, quorum tales notificationes, citationes, executiones, siue ambasiatas iterresset eẽ factas, uel eas fieri procurasset. Et de impedimentis, & obstaculis prædictis, et quolibet pdictorum, et etiã de citatione & ambasiata ac de executionibus quibuslibet sibi cõmissis credatur & stetur re-

lationi bayuli,& nūcii,cursoris:& executoris officialis iurati generaliter,uel saltem specialiter in ambasiata prædicta.Insuper quia nō sufficit abstinere a malo nisi fiat quod bonum est. Statuimus q̄ omnes & singulæ cōmunitates & uniuersitates ciuitatum castrorum,& terrarum quarūlibet & officiales earum & quicūq; nobiles, & aliæ singulares personæ teneanť dictis legatis,rectoribus prouinciaꝶ,iudicibus,marescallis:bayulis:nunciis:& executoribus præstare cum debita reuerentia sine fraude ad eorum officia sibi cōmissa, auxilium,consilium ,uel fauorem prout,sicut & quando per eosdem fuerint requisiti.Contrafacientes ueto siue prædicta adimplere cessantes media pœna,si fuerit pecuniaria,uel integra qua tenerentur, si eoꝶ impediuissent officium. Et quia propter fraudulentias, malitias, & astutias:prædicta cōmittentium probatio exacta in prædictis,vtplurimum,haberi non potest. Statuimus q̄ ad cōdēnationē in quolibet dictorum casuum sufficiat probatio publicæ famæ,siue indicia quæ iudicanti verisimilia videbuntur. Et nihilominus vltra alias pœnas prædictas in quolibet dictorum casuum : cōmunitates,Ciuitates, & Castra, & terræ quæ contrafecerint:seu in quibus & quorum territoriis contrafactum fuerit,& ipsorum territoria & loca ecclesiastico subiicimus interdicto.Officiales & singulares personas quascunq;,cuiuscunq; status & conditionis,aut dignitatis existant etiam si pontificali:aut illustri præfulgeant dignitate:contrafacientes excommunicationis vinculo inodamus. Et de prædictis omnibus & singulis quilibet possit esse accusator & denunciator : & etiam possit mero ex officio ad denunciationem cuiuscunq; procedi. Et in tali casu nullus possit ad excusationem interuenire nec ad aliquam exceptionem:seu defensionem pro officiali, uel aliqua singulari persona nisi prius delinquens comparuerit personaliter coram iudice cognoscente de prædictis & idoneæ satis dederit:vel personaliter detētioni se subiecerit prout ex qualitate delicti,& pœnæ iudex viderit conuenire . Qua cōparitione personalr facta legitimas defensiōes fiendas,s̄m formam nr̄aꝶ cōstitutionū nō duximus denegādas.

¶De pœna impedientium prosequētes : & volentes prosequi iura sua in Romana curia,vel curiis Rectorum prouinciaꝶ,pro ecclesia. Rub. XXVI.

Quia inuenimus quāplureś iniquitatis filios iurisditioni Sanctæ m̄ris Ecclesiæ dolosis artibus insidiantes,& subtilibus machinationibus detrahētes,& propter hoc diuersimode multipliciter impedi&etes,p̄sequētes, & volentes p̄sequi iura sua in romana curia,vel rectorum pro ecclesia in dictis p̄uinciis:& terris ecclesiæ:& suorum iudicum,& officialium eorum excogitatis omnibus fraudibus:& infidelibus ausibus constitutione præsenti duximus obuiandū statuentes & destrictius inhibentes,ne aliqua cōmunitas:vniuersitas,collegium, potestas,capitaneus,vel quiuis officialis:aut alia quæcunq; p̄sona ecclesiastica,vel mundana cuiuscunq; status conditionis uel dignitatis existat, etiam si pontificali:uel illustri præfulgeat dignitate audeat,vel præsumat aliquem prosequentem,vel prosequi volentem iura sua per modum appellationis nullitatis actionis libelli,vel petitionis querele,aut recursus cuiuslibet:aut quouis alio modo,aut ipsorum fideiussores parentes,liberos:consanguineos,affines, laboratores : inquilinos:procuratores,vel negociorum gestores aut testes capere,detinere:carcerare, pignorare : terrere,mulctare,aut contra eos:ciuiliter uel criminaliter ex ea causa,uel alia quacūq; quam semper præsumimus fictam, & in fraudem excogitatā procedere , aut ipsos processibus aliquibus implicare,aut iterdicere aliquibus aduocatis, vel procuratoribus,vel talibus prosequentibus,vel prosequi volentibus patrocinentur, vel cōsulant,vel notariis,ne instrumēta,vel scripturas opportunas eis exhibeant,aut eis probationes, aut iura eorum subtrahere, vel destruere , aut impedire:aut eis iustitiam, vel cōmodum,vel officium aliquod publicum: vel priuatum, vel suorum bonoꝶ administrationem possessionem:uel fructuum perceptionē: aut moram in patria, vel terra aliqua,interdicere,denegare,vel impedire,aut statuta,vel reformationes

facere,

facere, vel facta seruare, contra tales prosequẽtes, aut prosequi volentes, directe vel indirecte, nec ad cõpromissum aliquod, vel consilium sapientis eos cõpellere, vel inducere quoquo modo. Nec in causis: in quibus ipse cõmunitates: siue ipsarũ officiales haberent cognitionem primarum: vel etiam secũdarum causaꝝ statuere: uel prohibere, ne appelletur in quocũq; genere causarum, vel recurratur, præsertim cũ ad hoc videatur cõtra dictas curias, & in fraudem iurisditionis earum, & prohibendo primam appellationẽ, ne possent forsan de ipsis cognoscere, ꝓclusa videret uia etiam ad secũdam, quæ esset ad dictas curias ecclesiæ deuoluenda. Nec etiã audeãt ipsorum prosequẽtium, uel ꝓsequi uolentium (vt prædicitur) iura sua aduersarii expensis facere uel impedire, nec etiã ipsas alias quocunq; colore quæsito, uel non q̃sito dãnificare: uel impedire, nec etiam ꝙ prædicta vel aliquod prædictoꝝ fiãt, mandare, ordinare, permittere, uel consentire, aut ad ea præbere, auxilium, consiliũ, uel fauorem. Cõtrafacientes uero, si fuerit cõmunitas, uniuersitas, uel collegium, & eorum terras: vel territoria ecclesiastico subiicimus iterdicto. Et nihilominus si cã fuerit criminalis, & super crimine capitali, mille marcaꝝ argẽti. Si criminalis & nõ super crimine capitali: quingentaꝝ marcaꝝ argenti. Si ciuilis, centum marcarũ argenti pœnis decernimus subiacere. Si vero fuerit talis contrafaciẽs officialis, uel singularis ꝑsona alia quecũq;: cuiuscũq; status, uel ꝯditionis existat, ẽt si põtificali, uel illustri præfulgeat dignitate excõmunicationis sententiæ & medietatis dictarum pœnarum: in quolibet dictorum casuum punitioni decernimus subiacere. Et nihilominus omnia & singula facta & actitata contra formam præsentis constitutionis, uel in ipsius fraudem, nulla esse decernimus ipso iure. Et quia propter malitias cõmunitatum & quorũdam tyrãnizantium in eisdem non possent: vt plurimum, prædicta sm scriptam iuris rationem exactiõis probari. Decernimus: ꝙ in prædictis ad plenã probationem sufficiat, & per iudicem recipi debeat fama publica, & delatũ a iudice tali prosequẽti, seu uolenti sua iura prosequi, & ab eo præstitum sacramentum.

De homicidio. Rub. XXVII.

Homicidium si quis dolose aut studiose fecerit, uel fieri fecerit & in fortiã curiæ peruenerit legali pœna puniatur, ita ꝙ inde pœnitus moriatur. Si autem in fortiã curiæ nõ venerit citet: & exbãniat & ꝯdẽnet ꝑpetuo in dicta pœna, & eius bona omnia cameræ romanæ ecclesiæ cõfiscentur & deuastentur, & deuastata pro camera conseruentur, uel uendantur prout Rectori, & Thesaurario videbitur expedire. Si autem plures de uno & eodem homicidio culpabiles proponantur, tunc iudex maleficioꝝ curiæ gñalis ꝓuinciæ ꝓximiores ꝯsanguineos occisi ad accusatorem: si quis interuenerit, coram se faciat euocari, & diligenter ab eis per iuramentum de qualitate culpe cuiuslibet ipsorum & utrum sint culpabiles in faciẽdo, aut præcipi mandando, uel fieri faciendo, aut in associando uel alio auxilio: seu fauore, & per eos uel maiorem partem ipsorum elligi faciant ex culpabilibus in faciendo unum principalem auctorem, qui solus pœna legitima & confiscationis, & deuastationis puniatur, & unum alium elligi faciat per eosdem de mandantibus: siue fieri faciẽtibus si quis interuenerit. Et si dicti accusator & proximiores & cõsanguinei non reperirentur: uel non elligerentur ipse iudex dictos principales in faciẽdo & fieri faciendo facta inuestigatione (ut sibi uidet) possit elligere, qui duo tantum possint dictis pœnis puniri & plures non pro eodem homicidio. Et si nullus reperiatur fieri faciens, siue mandans tunc unus solus pœna, quæ superius dicitur feriatur. Alii uero culpabiles qui pro principalibus auctoribus non fuerit ellecti: tãq̃ auctores & fautores, siue in faciendo: siue fieri faciendo culpabiles fuerint sic puniantur & de auxilio & fauore. Si autem principalem homicidam associauit tpe homicidii: & illum qui occidebat percussit uel tenuit, uel ita impediuit ꝙ se nequiuit defendere nõ obstãte sua detẽtiõe uel impedimẽto, sicut principalis auctor puniat. Si vero principalẽ homicidã associauit sciẽter ad homicidiũ tẽpore homicidii & nõ

percussit, nec aliud operatus est, in trecentis florenis auri pœna puniatur. Et si dicto tempore associauit homicidam, & ne caperetur defendit: simili pœna puniatur. Et qui non associauit principalem homicidam ad homicidium tempore homicidii: sed ipsum post homicidium commissum defendit, ita q capi non potuit, aut in domo, vel loco alio scienter occultauit, ita q ab officialibus, vel eorum famulis illum prosequētibus, inueniri & capi non potuit, pœna ducentorum florenorum auri puniatur. Qui vero fuit de tractantibus: vel ordināntibus, siue consulētibus, q homicidium fieret, non tamē principalis fieri faciens, siue mandans pœna ducentorum florenorum auri puniatur. Parricida vero & hii, qui parricidarum nomine, seu pœna a lege comprehendūtur scienter illud scelus perpetrantes pœnis legalibus, vel aliis similibus rectoris, siue maleficiorum iudicis arbitrio puniātur. Qui vero absq aliqua culpa casu: qui præuideri non potuit nec debuit, vel ad defensionem sibi permissam, vel iure pmittente occidit, nulla pœna penitus puniat. Qui vero homicidiū, non dolo nec licite, sed cum aliqua culpa ex improuiso cōmiserit inspecta qualitate personæ & facti, & circūstantiis debitis pœna pecuniaria, vsq in ducentis floreñ. auri Rectoris arbitrio, vel iudicis maleficiorum, & suæ curiæ puniatur. Et de qualitate dictarū pœnarum pecuniarum: heredes occisi debeant habere tertiam partem, pro recompensatione eorum iniuriæ.

De pœna amputantiū manū, pedē, nasum, digitū, vel aliud, vel ea debilitantium, & dentes frangentium cadere in terram. Rub. XXXVIII.

SI quis amputauerit alicui manum, pedem, nasum, digitum: vel aliud mēbrum principale, vel occultū studiose offenderit, quis fm iura legis corneliæ teneatur, tamen de benignitate statuimus, q in ducentis florenis auri puniatur, quā pœnam, si infra terminum in sententia declarandum non soluerit, extunc durius rectoris & iudicis arbitrio puniatur. Si vero debilitauerit non amputādo: cētum quinquaginta florenorum auri pœna puniatur, quam pœnam, si non soluerit infra tempus in sententia declarandum iudicantis arbitrio acrius puniatur. Si vero digitum manus alicui amputauerit, in centum florenis auri puniatur. Et si quis aliquem ita percusserit: q fecerit sibi cadere dentes, puniatur in quinquaginta florenis auri, vltra pœnam: p percussiōe in facie ordinatā. Et si plures dentes cadere fecerit, p quolibet, vltra primū, & vltra pœnam percussionis in facie, in .xxv. flor. auri puniat. Si vero dētē vnū, vel plures fregerit, media pœna puniat: q̄ puniret, si fecisset cadere.

De pœna percutientium, & offendentium in psonā, sine armis. Rub. XXXIX.

SI quis iniuriose aliquem percusserit alapa, uel pugno in facie: ita q sanguis inde exiuerit puniat in .xxx. flo. auri: & si sanguis nō exiuerit puniat in medietate pœnæ. Si vero quis in alia parte corporis percusserit cū sanguine: in .x. flor. auri: si sine sanguine, in media pœna puniat. Si vero qs aliquē cū calce pcusserit, & ex inde sanguis exiuerit: in .xx. flor. auri: & si sanguis non exiuerit: in .x. flor. auri puniatur. Si autem aliquis aliqūem iniuriose momorderit in facie, ita q cicatrix perpetuo euidens remanebit, in quinquaginta florenis auri puniatur. Et si cicatrix prædicta non remanserit, in uigintiquinq florenis auri puniatur. Si in alia parte corporis malo modo mōmorderit: & sanguis exiuerit, in quindecim florenis auri, & si sanguis non exiuerit, in medietate dictæ pœnæ puniatur. Si uero quis aliū iniuriose extraxerit pilos de barba, siue barbam depilauerit: puniatur in triginta florenis auri. Et si quis decapillauerit aliquem, uel fecerit sibi iniuriose cadere: aut delaniauerit caputeum, biretum, infulam, uel capellum de capite, aut mulieri uelletum: in decem florenis auri puniatur. Et si iniuriose aliquem cæperit per pannos ad pectus, vel per capezale, uel dilaniauerit alicui pannos de dorso, in decem florenis auri puniatur. Si uero impinxerit aliquē, ita q cadere fecerit, & sanguis exiuerit de facie in

quinquaginta

quinquaginta florenis auri. Si de alia pte corporis in vigintiquinq; florenis auri pu niatur. Et si sanguis non exiuerit in quindecim florenis auri puniatur. Et si ex dicta impincta nō ceciderit, media pœna puniat. Et si quis iniuriose cæperit aliquē per nasum, vel manum miserit ad gulā, ita q; sanguis exiuerit: in triginta flo. auri puniatur. Et si sanguis non exiuerit media pœna puniatur. Et si quis aliquem iniuriose per terram extrasinauerit, in vigintiquinq; florenis auri puniatur. Et si quis in facie alicuius expuerit, uel aliquam turpitudinem studiose, vel iniuriose piecerit in vigintiquinq; floreñ. auri & plus: vsq; in quinquaginta floreñ. auri arbitrio iudicis puniatur. In aliis vero locis personæ, q̄ in facie in medietatæ dictæ pœnæ puniatur.

¶ De pœna percutientium aliquem cum armis. Rub. XXX.

SI quis aliquem percusserit: vel vulnerauerit cum armis ferreis, vel ferratis, bastone, uel lapide in capite cum fractura cranei carnis, & sanguinis effusione, puniatur in centum florenis auri. Si vero cum sanguine, & non cum fractura cranei, in quinquaginta florenis auri. Si vero cum dictis armis aliquem vulnerauerit: in facie, vel in gula cum effusione sanguinis, ex quo vulnere sit cicatrix perpetuo enormiter remansura, in ducentis flo. auri puniat, quos si nō soluerit infra terminū in snia statuēdum, ex tūc seuerius arbitrio iudicis puniat. Si uero cicatrix (quæ prædicitur) non sit remansura & sanguis exiuerit, in vigintiquinq; florenis auri puniatur. Qui uero in capite: uel gula, cum dictis armis euaginatis aliquem percusserit, sine sanguine in uigintiquinq; florenis auri. Si uero cum armis non euaginatis, in uiginti florenis auri puniatur. Si uero quis percusserit aliquem, cum aliquo dictorum armorū a gula ifra, & inde sanguis exiuerit, in triginta floreñ. auri puniatur. Si uero sanguis non exiuerit, in quindecim florenis auri puniatur. Si uero cum ligno: uel aliis armis: q̄ prædictis, quis aliquem percusserit, cum sanguine, uel sine, quolibet dictorum casuum, media pœna puniatur.

¶ De pœna insultātium aliquē & euaginātiū arma: & admenātiū cū eis. R. XXXI.

SI quis aliquem insultauerit, inuaserit, siue aggressus fuerit cum armis ad domū propriam, uel conductam, uel cassinam insultati, & ipsam intrauerit, in triginta florenis auri puniatur. Et si nō intrauerit, in quindecim florenis auri puniatur. Si nero sine armis prædicta fecerit: media pœna puniatur. Si autem insultū alibi fecerit: si cum armis in decem florenis auri: si sine armis, in quinq; florenis auri puniatur. Et si quis ex prædictis insultantibus tempore insultus: siue statim post aliā iniuriā, ɔtra insultatū eundē fecerit, ex qua pœna maior resultaret: illa maiori pœna puniatur: & nō de isultu. Si quis uero ɔtra aliquē euaginauerit aliqđ genus armorū offensibiliū, & cum tali genere armorū, uel lācea ferrata iniuriose admenando, nō ꝓcedendo ad feritā: in decē flo. auri puniatur. Et si euaginauerit: & nō admenauerit, uel si admenauerit, & nō euaginauerit, in medietate dictæ pœnæ puniatur.

¶ De verbis iniuriosis, & minatoriis. Rub. XXXII.

SI quis alicui personæ dixerit uerba iniuriosa, uidelicet, falsus, ꝓditor paterenus, hereticus: cornutus, raualgiosus: uel his similia, uel alterum ipsorum verborū: in octo florenis auri: pro quolibet uerbo, & uice qualibet puniatur. Et si alicui iniuriose improperauerit mortem uiolentam alicuius, de ascendentibus, uel descēdentibus, aut de collateralibus, usq; ad tertium gradum, in uigintiquinq; floreñ. auri puniatur. Si uero exmentierit aliquem iniuriose, in sex florenis auri. Si autē alia verba leuiora dixerit iniuriose, in tribus florenis auri puniatur.

¶ De ponētibus ad domū alicuius rē iniuriosam, uel diffamatoriā. Rub. XXXIII

SI quis studiose de nocte posuerit ad domum, vel hostium domus, siue ante domum alicuius cornu, vel cornua bestiarum foetens vel foetida, vel aliquod valde turpe, aut scripturam, siue cedulam continentē aliquid diffamatorium: vel obprobriosum domino: vel habitatori domus, in viginti florenis auri puniatur. Et si de die in decem florenis auri puniatur.

De mandatoribus: associatoribus, fautoribus, & auxiliatoribus. Rub. XXXIIII.

SI quis mandauerit aliquod maleficium fieri quod secutum fuerit, aut associauerit aliquem ad aliquod maleficium cōmittendum, aut ipsi cōmittendi tēpore maleficii praestiterit, auxilium, consilium: uel fauorem simili poena, qua principalis cōmittens puniatur: nisi in casibus, in quibus de talibus mandantibus: associantibus, & praestantibus, auxilium, consilium, vel fauorem est circa eorum poena per cōstitutiones aliud specialiter ordinatum. Et si aliquis iniuriam alteri inferri mādauerit, quae non fuerit sub secuta siquidem magna esset iniuria, vsque in viginti florenis auri, si lenis esset iniuria vsque in decem florenis auri puniatur.

De defensis per inuocationem auxilii domini Papae, vel legati, vel Rectoris in protestatione. Rub. XXXV.

IVris gentium naturali ratione induxit auctoritas, vt quisque quod ob tutelam sui corporis fecerit iure fecisse existimetur, quia tamen aggressus saepe contingit in tantam superuenire potētiam, quod quāuis oppresso de iure se defendere liceat tamen de facto non possit. Et ne videatur talis impotens: qui tutionem a summo pōtifice suo domino naturali expectat, absque ipsius pontificis: qui vbique praesens esse nō potest: auxilio derelictus, conueniens est, quod talis impotens praesentis nominis ipsius summi pontificis, vel suorum officialium defendatur. Praesentis igitur constitutionis auctoritate licentiam impartimur cuique aggresso, seu timenti offensam, aut violentiam forsitan in persona: vel rebus quas possidet, vel quasi inferri: vt per innocationem papae, uel sui legati, aut Rectoris prouinciae se defendat, & illi: siue illis quos vetuit ex parte Domini papae, vel sui legati, aut Rectoris prouinciae prohibeat, vt ipsum offendere non praesumat decetero in persona, vel rebus. Et similiter prohibere valeat, ne offendat patrem: auum, ascendentes suos, aut descendētes, aut alios, qui in sua familia commorantur: & de quolibet praedictorum prohibere possit singulariter, & diuisim de altero: siue aliquibus, aut cōiter sicut velit. Caueat tamē, ne contra actos a iure pmissos, & licitos talem defensam, & phibitionem imponat. Et qui contempserit iniuste phibitionem: & defensionem hmōi iuste factam, & de ea non accepta ad iniuriam aliquā ausus fuerit psilire, vltra poenam: per cōstitutiones alias in illo excessu statutam, si illa pecuniaria fuerit, duplum illius poenae soluere teneatur. Et si poena pro illo excessu aliter ordinata fuerit in duriorem poenam rectoris, seu iudicis maleficiorum arbitrio valeat cōmutari. Sin autem actus ille cotra quē obiiceretur huiusmodi phibitio, vel defensa, vel licitus, & iustus existeret, vel pmissus, aut si talis defensa, aut prohibitio contra iudicem vel officialem: dum exequitur ea, quae pertinent ad suum officium forsitan causa frustrandi iudicium, aut domino per vasallum cum debita, & consueta seruitia exigit, talis prohibitio seu defensa in huiusmodi casibus nil operetur & sperni possit impune.

De falsariis. Rub. XXXVI.

FAlsam monetam si quis cuderit, vel cudi fecerit poena legali dānetur. Litteras apostolicas si quis falsauerit, siue ipsam bullam: vel falsari fecerit poena iuris puniatur. Falsum instrumentum si quis scienter fabricauerit, vel fabricari fecerit, aut scienter ipso vsus fuerit paena legalis veniā non meretur. Falsum testimoniū si

quis in causa criminali vel ciuili tulerit, aut testem falsum scienter in ea causa produxerit, aut eo sciente in tali causa visus fuerit, in centum uigintiquinque floreñ. auri puniatur: quam pœnam si non soluerit infra terminum in iudicis sniam statuendũ iudicis arbitrio acrius puniatur. Si quis vero totõderit vel lauauerit monetam causa illam diminuendi. Si fuerit aurea, in cẽtum floreñ. auri pro qualibet moneta aurea, si argentea, in quinquaginta floreñ. auri pro qualibet vice puniatur.

¶ De priuatis carceribus. Rub. XXXVII.

Carcere priuato detinens aliquem vltra tres dies legali pœna puniat. Minus vero detinens siquidem detinuerit per vnam diem: vel infra, in centum uigintiquinque floreñ. auri. Si vero vltra vnã diẽ, in duplũ, quã pœnã pecuniariã si non soluerit in quocũque dictorum casuum infra terminum, in sentẽtia statuendum legali pœna puniatur. Et si pp metũ talis carcerãs aliqd a carcerato exigerit vltra pœnam carceris, pro illo puniatur, ac si uiolẽter derobasset. Et si eundem carceratum ad aliquid quietandũ: seu remittẽdũ coegerit terrore dicti carceris, ac si tantũdem violẽter derobasset eidem simil' puniatur. Et si metu carceris ad aliquod falsum instrumentum, vel testimoniũ, vel falsam scripturam, vel quid aliud illicitum, detentum induxerit, tãq principalis auctor sceleris teneatur. Et si eidem carcerato aliquã iniuriam vltra carcerem intulerit pro illa in duplum q̃ si intulisset alteri puniatur.

¶ De latronibus, robatoribus, & furibus. Rub. XXXVIII.

Publici & famosi robatores: raptores, & latrones, iuxta legales dispositiones pœnam sentiãt cõmissorum. Et similiter frequentatores itinerum aggressores si in ipsa aggressione aliquem occiderint, vel res per violentiam derobauerit. Si autem aliquis alius non malæ famæ per uim rem aliquam abstulerit, siue rapuerit, siquidem res ui ablata fuerit ualoris uigintiquinque floreñ. auri: uel abinde infra in quadruplum soluendum cameræ puniatur. Et in restitutione rei ablatæ parti, & tantũdem eidem teneatur. Si uero abinde supra usque in trecentis floreñ. in quintuplo puniatur: quam pœnam si non soluerit infra tempus in sententia statuendum pœnæ legitimæ relinquatur. Si uero fuerit ualoris trecentorum floreñ. auri uel ab inde supra pœna legali plectatur. Qui autem non uiolenter, sed furto rem aliquam receperit, puniatur imediate eius quod puniretur si per uim nõ malæ famæ, homo accepisset in casibus, in quibus in uiolento ablatore est pœna pecuniaria, uel pœnã similem patiatur. Si uero fur pœnam illam mediam soluere non poterit, & nõ soluerit infra tẽpus a iudice in snia statuẽdum luat pœnam legibus ordinatam.

¶ De pœna iferẽtiũ uim expulsiuã uel turbatiuã in rebus alterius. Rub. XXXIX.

Hac præsenti cõstitutione decernimus & districtius inhibemus, ne aliqua Ciuitas, uel cõmunitas, seu specialis psona cuiuscũque gradus & conditionis existat audeat ppria auctoritate rẽ imobilẽ corporalẽ vel icorporalẽ apud aliũ cõstitutã inuadere, uel possessionem alicuius turbare, nec ius sibi dicere in eadẽ, sed super ea adeat iudicem cõpetentem. Et si cõtrafactum fuerit uel mãdatum pter rei restitutionem & dãni satisfactionem, & turbationis cassationem, si cõitas trecentorum florenorum auri pœnis puniatur. Singularis persona uigintiquinque florenorum auri pœnæ subiaceat ipso facto. Et a dicta pœna non excusetur prætextu alicuius tituli, nisi habuerit illum a possessore, & illius traditionem, uel nisi habuerit licentiam a iudice possessore præsente: uel requisito concessam. Adiicimus constitutioni pdictæ, q quãtum ad occupationem, & inuasionẽ per quã singularis psona alium possessorem priuauerit, uel possessorẽ non admiserit redeũtem, si dicta pœna supra distincta sit minor, q̃ ualor rei occupatæ, siue inuasæ augeatur dicta pœna usque

ad valorem rei, & quātum ad turbationem per quā quis possessione non priuetur. Si sit minor medietate valoris rei suppleat poenæ: vsq; ad medietatem valoris rei in qua committitur violentia turbatiua.

¶ De veneficis. Rub. XL.

VEneno aliquem necātes quod plus est, q̄ gladio perimere poena eadem puniant: quæ est in q̄stōne loquēte de homicidio. Et si venenū malū vendiderit qs, uel alio mō cōcesserit dolose ex quo alius sit mortuus poena simili puniatur. Et si ignorāter vendiderit vel cōcesserit, & inde aliquis necatus fuerit puniatur poena homicidii non dolose tñ culpabiliter cōmissi. Et si quis venenum p̄buerit causa necandi: licet mors secuta non fuerit, poena legali puniatur.

¶ De raptu mulierum, adulterio, incestu, stupro, & fornicatiōe. Rub. XLI.

MVlierem nuptam: virginem, vel viduam bonæ famæ si quis violenter rapuerit, seu per vim carnaliter cognouerit, aut stuprum cum puero si quis cōmiserit, aut in peccatum sodomiticū inciderit existēs maior viginti octo annis legalibus poenis se nouerit subiacere. Vxorem alterius quis retinens uolētem absq; uoluntate mariti libidinis causa in cētum floreñ. auri. Et carnaliter cognoscēs & non retinens in. xxv. floreñ. auri. Vxorem ppriam dimittens, & concubinam retinens in. xxx floreñ. auri poena condēnetur. Insuper firmamus cōstitutionem editam, per bonæ memoriæ Dñm Bertrādum Epm Sabinensem, dum erat Archiepūs Ebredinensis, & reformatoris officio fungebatur in hac forma. Item quia ppter falsas aliquorum nequitie filiorum accusationes: seu delationes super incestu & adulterio, qđ inter quasui: personas p̄tenditur perpetrari interdū: turbātur matrimonia qsrētia, & quo ad thorū, quorum periculose & indebite semp coitus nascuntur, inter ipsos cōiūctos, odia & scandala generantur. Nos huic morbo æquam & cōgruam uolentes adhibere medelam. Eadē auctoritate statuimus & ordinamus, q̄ in criminibus incestus, & adulterii, stupri fornicatiois nullus accusando: vel defendēdo priuatim vel publice admittat, nisi eēt, uir, pater, mater, auus, uel auia, filii, et nepotis utriusq; sexus: usq; ad secūdum gradum, fratres et sorores, & filii fratrum et sororum, qui p̄nominati solum ad prædictam accusationem, seu delationem, quia domus et generis sui quodāmodo prosequuntur iniuriam, admittantur.

¶ De poena deierantis. Rub. XLII.

VT deierantes, et periuria refrenemus p̄nti cōstitutione decernimus, q̄ deierantes in quacūq; causa ciuili, uel criminali in decem floreñ. auri puniātur. Et quātum ad poenam huius cōstitutiōis respōsio credulitatis facta positionibus præstito a respondente iuramento calūniæ, cum de proprio iurantis: et respondentis facto tractatur, habeatur, ac si sub iuramento veritatis esset responsum.

¶ De poena petentis plus debito uel debitum iam solutum. Rub. XLIII.

PLus quantitatis: seu repetens uel peti mandans, uel faciens peti absq; rationabili causa ignorantiæ a toto cadat quod petiit, & in tantum quantum est qđ plus petiit cameræ condemnetur. Et ad refrenandum calumnias petentium debitum iam solutum, statuimus q̄ petens scienter, seu peti faciens uel mandans peti in iudicio debitum iam solutum. Et de quo ipsi petēti uel alteri pro eo, uel ipsius antecessori, uel auctori sit quomodolibet satisfactum, nisi habeant iustam causam ignorantiæ, quantum ad solutionem factam alteri p̄sonæ: q̄ sibi in duplum eius qđ petiit & solutum extiterit cameræ condemnetur.

¶ De poena

¶ De poena rumpentium pacem. Rubrica. XLIIII.

ORdinamus atq; mandamus q paces & reconciliationes ciuitatum castrorum, villarum: & terrarum quarumlibet per rectorem vel eius auctoritatem factae, vel i posterum Deo propitio faciendae: a cunctis ciuitatibus, vniuersitatibus, & singularibus personis quibuscunq; inuiolabiliter custodiantur & obseruentur. Nullusq; siue fuerit ciuitas, vniuersitas, baro, miles, nobilis, vel alia singularis persona, paces: & reconciliationes predictas: & cuiuscunq; ipsarum effectu & firmamentu violare, rumpere, seu turbare, directe vel indirecte presumat. Qui vero contra predicta vel aliquod predictorum fecerit, vel aliquid attemptare presumpserit preter poenas stipulatas Romanae ec. atq; pro missas tanq proditor sanctae Ro. ec. rebellis, & hostis maiestatis eiusdem a ciuitate prouincialibus & personis censeri debeat: habitationesq; eius, & alia bona sua ad perpetuam rei memoriam destruantur: & funditus & radicitus dirupta & destructa sint camerae Romanae ecclesiae confiscata.

¶ De poena iniuriose noiantiu aliq partem guelfam vel gebellina. Rub. XLV.

CVm partialitates hominum prouinciarum & terrarum dictorum locorum eosdem infecerint, & bonis tpalibus exinanjuerit: & eis multa pericula animae & corporis incurrerint: & incurrant quotidie: intendentes saluti & quieti prouinciarum & terrarum hmoi prouidere. Statuimus & ordinamus q nulla vnq persona cuiuscunq; status aut conditionis existat, audeat, vel presumat noiare partem guelfam vel gebellina: seu quamlibet aliam partem, seu partialitatem, atq; ipsum partiariu alicuius partialitatis vel aliqua alia noia fingere quae possent partialitatem ostendere poena. xv. floren. auri cuilibet qui contrafecerit iminere. Et nullus possit eridare q aliqua pars vel ciuitas: vel persona viuat, nisi solu viuat ecclesia & eius officiales. Et qui contrafecerit vltra poenam tumultus vel aliorum delictorum quae comiserit, centum florenorum auri poena puniatur, siue semel, siue plures in eodem tumultu.

¶ De prohibita portatione armorum. Rubr. XLVI.

Qvicunq; venerit ad curia legati apostolicae sedis vel rectoris pro ecclesia & ciuitate vel terra residentiae legati: vel rectoris predictorum vel aliorum: vel alicuius eorum curiae, statim postq intrat dicta terram vel ciuitatem, vadat ad hospitium vel domu vbi debet, seu vult hospitari, & ibi arma deponat, & incedendo per terra arma non portet. Nec etiam aliqs ciuis terrigena vel forensis audeat per dicta ciuitatem vel terra arma portare publice vel occulte. Et qui contrafecerit pro quolibet genere armorum offensibiliu, in quinq; flor. auri puniatur. Et pro quolibet genere armorum defensibiliu: in duobus flor. auri puniatur. Et si dicta arma portaret cora legato, in qdruplum. Si coram rectore prouinciae: in triplu. Si coram iudicibus eorum pro tribunali sedentibus, aut in audientia publica eorum curiae qu iura reddunt, aut in pallatio habitationis dictorum legati vel rectoris, in duplu puniatur, nisi essent tales arma portantes familiares dicti legati, vel rectoris, vel eorum iudices: notarii, vel officiales, vel familiares continui eorum: & cu eis eorum expensis viuentes. Et nisi essent stipendiarii ecclesiae, vel alii quibus liceat arma portare per formam nostrarum constitutionum, & nisi a legato vel a rectore praedictis de hoc haberent licentiam specialem.

¶ De poena destruentium domos sine licentia rectoris Marchiae. Rub. XLVII.

NE vrbes & castra seu loca deformentur ruinis. Et quia saepius in ciuitatibus & locis per partiales destruuntur domus, alio interdu colore quaesito: seu alicuius maleficii ca ficta. Volumus statuimus & ordinamus, q in aliqua ciuitate, castro, seu aliquo alio loco dictarum prouinciarum & locorum aliqua domus non possit destrui

dirui, & sublimari aliqua cã vel occasione, sine rectoris ꝓuinciæ vel suoꝝ iudicum licentia vel mandato, nisi dñs forte cuius esset: faceret pro meliorando vel reedificando eandem. Et si contrafactum fuerit, si cõitas: in mille marchis argenti. Si comes vel baro, in trecentis. Alia persona singularis: in ducentis marchis argenti puniatur. Et nihilominus ad restitutionem damnorum teneatur talia damna passis.

¶ De pœna auferentium nouum siue prohibitum pedagium. Rub. XLVIII.

NVlla ciuitas: castrum, vel villa, Baro, miles, vel aliqua alia singularis persona audeat vel præsumat instituere ordinare accipere vel accipi facere nouum pedagium: gabellam, vel aliquod simile, propter quod alii ꝙciues vel habitatores eiusdem loci grauentur aliquo modo vel ingenio, nisi per priuilegiũ vel p longam, vel antiquũ & legitimũ ꝓ̃scriptum vsum per se & suos maiores obtentum ostenderint talia recipere posse: & si de hoc fuerit dubiũ infra vnum mensem a die pñtis ꝯstitutionis coram rectore ꝓuinciæ vel suis iudicibus: probatiões exhibeat opportunas. Siquis aũt contra ꝓ̃missa fecerit vel fieri mandauerit. Si fuerit comes, in trecentis floreñ. auri. Si officialis uel singularis persona: in quinquaginta floreñ. auri p transgressione hmõi puniatur & quotiens fuerit contrafactum.

¶ Quod vnaquæq; terra teneat suas stratas & locos securos. Rub. XLIX.

QVælibet uniuersitas, ciuitas, castrum: uel uilla, comes, baro, seu dñs alicuius castri uel rocchæ terras & loca, territorium & districtum suum diligenter custodiat & faciat custodiri, ita ꝙ in eis rapinæ, derobatiões, homicidia: aliaq; grauia mala minime cõmittantur. Et si fiant ibi: siquidem de illis puniendis, iurisditioné ab ecclesia habeant infra. xxx. dies postq̃ cõmissa fuerint ꝯ̃m iustitiam studeant penitus vendicare, & damna passis faciant emendari. Et si dictam iurisditioné non haberent: malefactores rectori ꝓuinciæ, uel suo iudici maleficiorũ cum effectu pñtent infra octo dies proxima die maleficii ppetrati. Quod si secus fecerint in quolibet casuum ꝓ̃dictoꝝ infra alios tres dies post quemcũq; dictoꝝ terminoꝝ damna passis de bonis cõitatum seu dñoꝝ, in quoꝝ territorio extiterit facinus perpetratum cum effectu resarciant & emendent: & in tantundé soluendũ per eos cameræ puniant. Verũ si malefactores ipsi infra octo dieꝝ spacium a tpe cõmissi facinoris fuerint (ut prædicitur) pñtati, de eorum bonis satisfieri, & plene robaria facta restitui poterit siue non poterit: tũc illi in quoꝝ territoriis robaria uel maleficiũ factum fuerit: sint a pœna & emendatione liberi & exempti. ¶ Ad ꝓbationem auté robariæ sufficere decernimus publicã famã cum iuramento derobati si fuerit manens status & famæ nõ suspectæ: & alia legitima indicia, & ꝓbationes, & adminicula iudicis arbitrio approbanda. Et si dubiũ extiterit in cuius territorio sit locus vbi ppetrata dicunt hæc arbitrio rectoris & suæ curiæ reseruamus. Addimus insup ꝙ oẽs pœnæ statutæ in oibus supradictis, tũc demũ uendicent sibi locũ, qñ hoies terræ, in cuius territorio fuerit cõmissum maleficiũ, in custodiendo locũ maleficii: uel in capiẽdo malefactoré, uel custodire uel capi facere fuisse negligẽtes ꝯstiterit uel remissos ꝯsideratis loco & tpe & aliis circũstãtiis diligẽter. Decernimus isup ꝙ ciuitas: castrũ seu uilla, in quibus aliqua ꝓ̃da siue robaria publice duceret, uel in qbus malefactores ipsi cõmisso maleficio scienter receptabuntur: teneant ad restitutioné reꝝ ablataꝝ illius p illos ꝓ̃dones seu malefactores apportataꝝ, seu ꝯductaꝝ, siue æstimataꝝ illaꝝ: & insuper noie pœnæ tantundem cameræ Romanæ ec. soluere teneantur.

¶ De pœna non reficientium pontes, fontes, & uias. Rube. L.

q Via hostilitatibus & guerris quæ in memoratis ꝓuinciis hactenus miserabiliter pullularũt facientibus & occasione ꝓ̃stantibus pontes: fontes, uiæ, & stratæ publicæ,

tæ publicæ, & itinera consueta destructa & dirupta p̃manserunt: vt ad p̃ns manent, non sine graui periculo & damno p̃uincialium & cõmorantium ad cõem vtilitatẽ boium & habitatoꝝ prouinciæ. Ordinamus atq; mãdamus q́ quælibet ciuitas, vniuersitas: castrũ, vel villa, vel cõmunantia qnælibet, & quilibet baro, comes, vel nobilis, pontes, fontes: stratas, vias publicas, & itinera cõsueta, dirupta: & exterminata, seu destructa reficere & reparare diligenter, & vbi hactenus non fuissent de nouo facere cõstruere & edificare, seu cõstrui & edificari facere infra duos menses proxime sequentes per eoꝝ territoria & districtus: ita q́ hoies & iumenta transire valeãt libere sollicitis p̃curatoribus teneantur. Qui vero contrafecerit & nõ paruerit p̃dictis, siue cõitas, ciuitas, vel alia vniuersitas, siue singularis persona fuerit rectoris p̃uinciæ & suoꝝ iudicũ p̃dõne loci, p̃sonaꝝ & negocii qualitate inspecta arbitrio puniatur. Et dãna inde passis emẽdare integre teneanẽ. Et cuilibet liceat accusare & denũciare delinquentes in oibus & singulis casibus supradictis tertiã partẽ pœnaꝝ efficaciter recepturẽ. Et nihilominus iudices & officiales tam generales q̃ præsidales inquirere & procedere possint & debeant in casibus supradictis & quolibet eorũdẽ.

¶De aucupatoribus & venatoribus. Rubrica. LI.

Bonifacius. VIII. Concedimus vt liceat cuilibet layco tp̃ibus & locis competẽtibus cum canibus, auibus, & retibus solito mõ venari & aucupari, nulla rectoris p̃stitutione obstante, aut prohibitione. Veteri cõstitutione cauetur, q́ nullus de dicta p̃uincia baro vel miles, & quælibet alia persona audeat vel p̃sumat aucupari, seu capere pernices, aut qualeas ad scurum, seu ad ingeniũ: seu ad instrumentũ quod dicitur bucinum. Et insuper q́ nullus p̃sumat columbos alicuius ad aliquod ingenium capere, nec p̃parare ingeniũ ad columbos capiendos, & qui p̃trafecerit pœnæ. xx. floreñ. auri se nouerit subiacẽdũ: & teneaẽ quilibet denunciare eosdẽ venatores. Et qui scienter denunciare recusauerit, p̃dictã pœnã se nouerit incursuꝝ.

¶De pœna elligẽtiũ vel retinentiũ rebelles & bãnitos ecclesiæ. Rub. LII.

Bertrandus ep̃s Sabineñ. dum erat archiep̃s ebredineñ. & pro ecclesia reformator p̃stitutionem quandã, quam inuiolabiliter obseruari mãdamus, edidit in hac forma. ¶Item eadem auctoritate statuimus & ordinamus, q́ nulla ciuitas vel quæuis alia cõitas in futuꝝ elligere vel assumere, vel iam assumptũ vltra mẽsem retinere audeat, in P̃tatẽ, capitaneũ, vel quoduis aliud officium aliquo tp̃e ellectionis uel assumptiõis per rectorẽ p̃uinciæ, vel ipsius iudicẽ, exbãnitũ vel rebellem Ro. ecclesiæ: & officialium eiusdẽ, uel de terra in rebellione existente originẽ trahẽtem, vel in ea domiciliũ obtinentem, hoc saluo q́ exititii de terris rebellibus, alias Ro. ecclesiæ fideles ad hmói offiñ possint impune elligi & assumi. Cõitates aũt contra p̃ñtem p̃stõnem directe uel indirecte q̃nolibet venientes vltra pœnã interdictis cui ipso facto subiaceant, facultate elligendi P̃tãtem eo ipso perpetuo sint priuatæ. Et nihilominus incurrãt pœnã mille floreñ. auri cameræ Ro. ec. penitus applicañ. Addimus insuper p̃stõni prædictæ, q́ infideles, exbanniti: rebelles, p̃tumaces, & inobediẽtes Romanæ ec. & rectoꝝ p̃uinciæ, & suæ curiæ ab oi gratia & priuilegio Romanæ ec. & suoꝝ officialiũ penitus excludantur. Nullaq; ciuitas: cõmunãtia: seu locus quibus elligendi uel assumẽdi rectores: p̃tãtes, vel officiales quoscunq; libertas competit, atq; ius. Nullaq; singularis persona audeat vel præsumat elligere vel retinere ad regimen: vel offiñ quodcunq; terræ suæ, uel loci, infideles, rebelles, exbãnitos publice excõicatos, cõtumaces, uel inobedientes Romanæ ec. & suoꝝ officialium, aut in aliqua terra interdicta pro rebellione habitatioñ. siue residentiã p̃ officio aliquo faciant: nec ad terras aliquas pro huiusmodi officiis se cõferãt. Cõitas nero quæ contrafecerit uel fieri fecerit, uel fieri mandauerit: mille floreñ. auri. Sp̃ales uero personæ, centũ floreñ. auri pœnis subiaceant. Insuper officiales sic postulantes

electos & assumptos suo priuamus officio, ea quæ per ipsos vel aliquē ipsorum officiis fieri cōtingerit cassamus & irritamus, ipsiq; si capi poterūt & in curiæ fortia ducti carcerentur & etiam puniantur vt supra.

¶ De pœna non parentis mandato officialis. Rub. LIII.

q Votiensçunq; exigētibus dolo & cōtumacia alicuius cōmunitatis vel vniuersitatis vel specialiū personarum non soluentiū ea quæ officiales ecclesie mādant, aut nō obtēperantiū eisdē officialibus in his quæ fieri & pstari iuste mandauerint aliquā caualcatā vel quēcunq; alium pcessum fieri cōtingerit fiat periculis & expēsis cōitatum, seu vniuersitatū, vel specialiū personarum cōmitientium inobediētiā siue dolū, oia quæcūq; mādata per rectorē p ecclesia siue eorū iudices & officiales facta siue in eis sint pœne iposite siue non, præcipimus inuiolabiliter obseruari & custodiri. Et qui contrafecerit vel fieri fecerit mulctetur vsq; ad quantitatem a iure permissam.

¶ De pœnis pecuniariis ad quā monetā itelligātur. Rub. LIIII.

Penas quascūq; pecuniarias impositas per constitutiones quascunq; & oēs solutiōes notariorum, & pro scripturis & sigillis executorum & officialium quoruncūq; & etiā bayulorū & preconum salaria intelligi & reduci volumus ad monetā paruā, ita φ quilibet anconitanus de argento in prædictis valeat quattuor solidos denariorū paruorū, & quilibet florenus seu ducatus de auro valeat decem septem anconitanos de argēto, & quelibet marca argēti valeat quattuor flor. auri. Et ad quācunq; dictarum monetarum reperiatur pœna imposita vel solutio aliqua ordinata eius valoris intelligantur, put in præsenti cōstitutione duximus declarādū.

¶ De maleficiis in quibus non est p cōstitutiōes determinata pœna. Rub. LV.

Consueuerunt legis latores oia q̄to possunt certa & determinata lege ponere & q̄ paucissima relinquere iudicantibus. Et propterea nos constitutionibus præsentibus q̄to magis potuimus limitauimus pœnas. Quotiens aūt excessus cōtingeret in quo per has pstitutiones certa pœna determinata nō esset, tūc in punitione illius procedatur secundū φ reperitur pœna determinata per cōstitutionem in alio delicto cōsimili. Et si nullo modo in pstitutionibus reperiretur, tūc fiat punitio in ea pœna quæ per rectorem cū consilio thesaurarii & suorum iudicum maioris curiæ & aduocati fisci habita cōsideratione locorum personarum & qualitatis delicti & diligenti deliberatione ne quid durius vel remissius q̄ expediat faciant, fuerit ordinata.

¶ Liber quintus incipit continens constitutiones pertinentes ad causas ciuiles.

¶ De officio & iurisditione iudicis ciuilium causarum. Rub. I.

Iudex per rectorem ad ciuilia deputatus in sua curia generali sit & esse intelligatur ordinarius iudex in omnibus & singulis causis ciuilibus & maioribus & minoribus & quaruncunq; q̄titatū vel rerum sint illæ causæ siue vertātur inter singulares personas siue inter cōitates, vniuersitates, vel collegia vel cōmixta iter eos: vel qūocunq;. Et de prædictis causis omnibus & singulis, & etiam de omnibus & singulis contentis in hoc quinto libro possit cognoscere & terminare summariæ: &, sententias executioni mandare per se vel per alium seu alios. Et possit exequi sententias suas, & suorum in officio præcessorum, vel locumtenentium, & quorumcunq; iudicum maiorum vel minorū in ciuilibus causis latas

sis latas: & etiã sententias arbitria seu lauda scribenda arbitroꝝ seu arbitratorum. Et etiam possit mulctare & punire omnes & singulos nõ obtemperãtes sibi in his quæ pertinẽt ad suum officiũ. Et omnia facere quæ ad iudicẽ ciuiliũ spectãt de iure, & q̃ ad cognitionem & expeditionem causarum ciuilium fuerit opportuna.

¶ De modo procedendi in causis ciuilibus non excedentibus summam centum solidorum. Rub. II.

Breuiores causæ ciuiles videlicet non excedentes sũmã centũ solid. denarioꝝ tractari expediri & cognosci possint corã rectore & suis iudicibus, & per ipsos summarie & de plano ac sine strepitu & figura iudicii, etiam sine libello, litis contestatione, iuramẽto de calumnia & aliis solemnitatibus & ordinibus iudicioꝝ etiam substantialibus siue reus cõparuerit siue non. Et tales causas possit iudex deci-dere per iuramentum per se deferendum actori a quo habeat saltẽ semiplenam pro bationẽ vel reo si sibi videbitur. Et in dictis causis si aliqua pars detulerit alteri parti iuramentũ super decisione causæ, seu super petitis vtrum sit verum, vel nõ, vel vtrũ debeatur vel non teneatur pars, cui tale iuramẽtum defertur: iurare vel referre ei te neatur, & ille cui refertur non possit recusare: sed teneatur iurare in quolibet casuũ prædictorũ, Alias recusans iurare in quolibet casuum prædictorum præsumatur, & singatur habere malam & iniustam causam & cadat in totum a causa.

¶ De modo procedendi quando de debito apparet publicum instrumentum aut alia vltima voluntas publica. Rub. III.

Finem litibus imponere cupientes ne imortales existãt, & vt parcatur laboribus partium & expensis. Præsenti nostra constitutione firmamus & ordinamus q̃ si quis coram iudice ad causas ciuiles deputato suũ debitorem fecerit euocari & coram ipo iudice vel ab eodem suo debitore petierit aliquã pecuniæ q̃titatẽ vel rem certam ex quacũq; cã legitima, & pro ipso debito contra ipsum debitorẽ pro-duxerit publicum instrumentum: non abolitum, nõ cancellatum, nec vituperatum in aliqua parte sui: quod instrumentũ contineat promissionem vel obligationẽ ip-sius quantitatis vel rei petitæ, q̃ iudex p̃dictus faciat dari copiam parti sm̃ formam iuris, & terminum ei statuat ad opponendum & ꝓbãdũ contra ipsum instrumentũ & creditorem oẽs exceptiones sibi competentes, vel quæ competere possent cõtra ipsum instrumentum productum: & ipsum creditorem, q̃ si infra ipsum terminum non opposuerit, vel opposita non ꝓbauerit, ad solutionẽ talis debiti dictus debitor realiter & personaliter constringatur ad voluntatẽ creditoris, donec ipsi creditori fuerit plenarie satisfactum. Quod si dictus debitor citatus ad petitionẽ creditoris nõ comparuerit: ponatur in banno in quantitate valoris rei petitæ, & in expensis credi tori in tantũdem cameræ, assignato termino trium dierũ ei q̃ habitauerit in loco in quo ubi curia residet, & octo dieꝝ ei qui absens fuerit a curia memorata, infra quos dies si non comparuerit bãnum incurrat prædictum, de quo dictus debitor exire nõ possit ostenso dicto instrumẽto debiti, de quo dictũ est supra, nisi suo creditori & ca meræ satisfecerit de p̃dictis. Et talis bãnitus possit capi & detineri vsq; ad satisfactio-nem condignam. Et prædicta oia locum habeant, siue petat ille cui facta est promis sio vel obligatio, quæ continetur in instrumento, siue heredes, siue successores vni uersales uel particulares in quota, siue eius procurator simplex, uel habens iura cessa ab eo: & siue petat contra promissorem uel obligatum scriptum in instrumento: si ue contra eius heredem uel uniuersalem uel particularem in quota successorem. De quibus omnibus & singulis possit fieri interrogatio cui debeat responderi, & proba tio per omnem modum, & sine libello, contestatione litis, uel iuramẽto de calum-nia, uel alia iuris solennitate. Si uero creditor uoluerit potius pro cõtumacia sui de-bitoris tenutam sibi dari q̃ ipsum debitorem in banno poni instrumẽto ostenso pu-

blico debiti uel non ostenso seruetur forma capituli sequentis incipientis. Ciuilium cārum; & c. pro ut ipsi creditori videbitur expedire. Volumus et & ordinamus ꝙ in oī casu executionis instrumenti vel præcepti fiendi ſm formā huius constitutionis liceat creditori vti via personali capturæ detentionis: & via tenutæ pignoris utraq; simul vel altera tantum vt maluerit. Et incepta vna via redire ad aliā vsquequo fuerit sibi integre satisfactum. Et hoc totum quod in præsenti constitutione supra continetur, non vendicet sibi locum in contractibus iudeorum: vel vsurariorum manifestorum. Qui aūt sint manifesti quo ad hoc vt non habeat beneficium huius constitutionis, sufficiat probatio publicæ famæ probādo per quatuor testes. Volumus insuper & ordinamus, ꝙ prædictus modus procedendi. Et prædicta omnia locum habeant etiam quando petitur executio præcepti vel sententiæ, si hoc voluerit creditor, & etiam quando petitur per heredem vel legatarium, vel fideicommissum, vel substitutum, vel eorum heredem aliquid ex testamento, vel alia vltima volūtate, de quo seu qua appareat publicum instrumentum. Et in omnibus casibus pdictis nulla alia solemnitas vel ordo requiratur, uel alius actus, nisi ut in præsenti constitutione per nos extitit declaratum. Per hoc tamen non negamus heredi scripto quin possit uti beneficio legis edicto. de edicto diui adriani tollendo. quo si uelit uti: tūc in eo casu iura cōmunia uolumus obseruari.

De modo procedendi sup causis ciuilibus excedentibus summam centum solidorum: & tenutis datis cōseruandis. Rubrica. IIII.

Ciuilium causarum excedentium summam centum solidorum, quæ corā iudicibus generalibus agitantur ordo in procedendo sit talis: ꝙ citato reo ſm formam constitutionum de citatione loquentium si quidem reus non comparuerit, sed contumax fuerit: actor exhibeat suum libellum absente reo: & si egerit reali vel personali actione, ponatur in tenutam bonorum rei, primo mobilium: secundo imobilium, tertio nominum debitorum, pro modo debiti & expensis legitimis. Et si ipse debitor infra duorum mensium spacium venerit, & satisfecerit congrue de expensis, & de stando iuri idoneam cautionem præstiterit, prædictam tenutam recuperet: & lis suo marte decurrat. Alioquin post spacium duorum mensium: quos a tempore dictæ cōmissionis intelligimus computari, creditor auctoritate nostræ curiæ vel iudicum vocato debitore. ꝙ venditioni si voluerit assistat, vendēdi rem illam pro debito & expensis, liberam habeat facultatem trina subastatione præmissa, diuersis diebus, cum termino trium dierū facienda: & si emptor ipsius rei idoneus non inueniret, & nemo venerit ad emendum, detur creditori cōi æstimatiōe per iudicem: vel per eum quem ad hoc duxerit deputandum pro debito in solutione: nisi ipse debitor ante venditionem vel dationem insolutum prædictam tenutā recuperauerit soluendo debitū & expēsas. Et hoc intelligimus in tenutis qui assignātur pro debito: quod sūmā quinquaginta librarū cōis monetæ pro debito non excedant. Si aūt maior quantitas fuerit, tunc ſm arbitrium iudicis maior dilatio cōcedatur. Aliter si maluerit creditor, ponatur in bāno debitor arbitrio curiæ in omnibus casibus supradictis. Si autem non inueniat vbi capi possit tenuta incontinenti facta relatione executionis, possit poni in banno arbitrio curiæ, de quo nunꝗ exire possit nisi se concordauerit cum creditore, & aliter ipse debitor possit constringi personaliter & detineri, prout iudici videbitur expedire. Si vero non inueniretur tenuta & iudici videbitur expedire incōtinenti reo nō cōparente in termino citationis pcedi possit ad exbānimētū, ex qbus exbānimētis soluant capita solidorū, quēadmodū i pnunciatione de mittendo in possessionem. Cōitas aūt, seu vniuersitas, vel baro, vel alius: in cuius iurisditiōe seu districtu res talis fuerit: teneatur missum in ipsius rei possessione tueri & non impedire, alioquin nostræ curiæ arbitrio puniatur. Si vero tenuta data fuerit in actione reali, teneatur is, cui tenuta data fuerit facere ei denunciari, seu notificari per litteras iudicis, qui ipsam dederit ei, vel eius familiæ, cōtra quē

ipsa

ipsa tenuta data fuerit infra octo dies post assignatam tenutã, post quos dies si infra sex menses ipsam tenutam non recuperauerit reus is cui data fuerit verus efficiatur possessor. Item statuimus ꝙ ille cui per iudicem data vel assignata fuerit tenuta seu aliqua ꝓnunciata, si per aduersarii sui potẽtiam ipsam apprehenderet vel apprehensam pacifice possidere, seu tenere non poterit maxime de re imobili, in quibus probatio sufficiat per quattuor testes de fama eodẽ iure gaudeat, & idem in omnibus subsequatur effectus in eius fauorẽ, ac si ipsam tenutã vere & libere possedisset, seu tenuisset. Si vero reus non fuerit contumax sed cõparuerit per se vel per legitimam personam, tunc secundum nostras cõstitutiones in casibus per eas determinatis & vbi constitutiones ipse deficerent secundum iura cõmunia procedatur.

¶ Quod in causis vbi petitur reintegratio possessionis ꝓcedat̃ sũmarie. Rub. V.

Item ꝙ in omnibus & singulis casibus vbi coram rectore vel quocũq; suo iudice ordinario vel delegato petitus restitutio seu reintegratio possessionis possit procedi sũmarie & de plano sine strepitu & figura iudicii. Volumus tamen ꝙ in omnibus causis principalibus delegatis vel delegandis soluantur cameræ salaria seu capita solidorum, sicut in aliis causis non delegatis.

¶ Quod tutor & curator possit constituere procuratorem. Rub. VI.

Item ꝙ quælibet persona quæ ministraret negocia aliena cui de iure licet cõstituere actorem ad causas sicut est tutor vel tutrix & curator & vellet constituere procuratorem, possit illũ cõstituere nomine pupilli vel adulti vel alterius, cuius iura vel tutelam administraret, sicut verus dominus ad dictas causas & ad substituẽdum in quibuscunq; causis quæ verterentur in totius prouinciæ curia generali.

¶ De prohibito officio ꝓcurationis & sindicatus iudeoꝝ. Rub. VII.

Item ꝓhibemus ne iudeus aliquis in aliqua causa ciuili, vel criminali, vel mixta vt sindicus, procurator, vel defensor pro alio admittatur, sed repellatur oino, & si pro iudeo quantuncunq; sibi coniuncto vel socio interuenerit. Et quicquid p iudeum alieno nomine in iudicio factum fuerit non valeat ipso iure. Et xp̃ianus q ꝓ iudeo vel vsurario fuerit i iudicio ꝓcurator teneatur in anima sua iurare de calũnia & malitiæ iuramentum præstare & sub eo positionibus & interrogatiõibus respondere, non obstante ꝙ principalis vellet respondere vel respondisset.

¶ De exceptionibus quæ nõ impediunt litis ingressum & reseruãtur. Rub. VIII.

Statuimus ꝙ nulla exceptio peremptoria dilatoria vel declinatoria cuiuscunq; generis quæ opponerẽtur in futurũ vel iam oppositæ esset coram rectore, vel quocunq; suo iudice ordinario vel delegato in quacunq; causa ordinaria vel extraordinaria, ciuili vel criminali, vel cuiuscunq; generis: impediat vel retardet litis ingressum, videlicet in ordinariis, litis contestationem, & in summariis cognitionem negocii principalis & dationem termini ad probandum. Et prædictæ exceptiones omnes: de quibus dictum est ꝙ nõ impediãt litis ingressum vel processum, si oppositæ sint vel fuerint. Auctoritate p̃ntis cõstitutionis intelligantur esse & sint reseruatæ in processu causæ cognoscendæ probandæ & terminandæ post litis contestationem & dationem termini ad probandum vna cum negocio principali, Saluo si esset exceptio quæ opponeretur contra personam interuenientẽ in iudicio nomine alieno de eo ꝙ negaretur habere mandatum, quo casu si nõ produceretur aliquod mandatum per eum qui vult admitti in iudicio non admittatur sine mandato nisi in casibus a iure permissis. Si vero per eum produceretur instrumẽtũ

in forma publica & debita figura, quo contineatur mandatū, quod videat in forma sua legitima, & quod videatur scriptū manu alicuius notarii in puincia degentis, vel domiciliū hñtis: psumatur p tali instrō, & pcedat in cā tanq̄ cū legitimo, nō obstāte q negaretur vel opponeretur illū q scripsit instrm nō fuisse notariū, vel nō scriptū manu eius qui dicit scripsisse, vel nō fuisse iudicē, vel officialē eū qui dicit interposuisse auctoritatē, vt iudice auctorizante curiæ tutelæ vel inuētario, nisi opponens pbaret incontinenti talē auctoritatē fuisse priuatū vel inhabilem, & nisi iudici de causa cognoscenti videret tale instrm non esse dignū fide: seu eidem instro non eē credendum. Et q oīa quæ opposita essent vel opponerent contra instra pertinētia ad mandata, vel ad legitimationē mandatoꝝ, vel contra dictas auctoritates nō admittantur: sed reiiciantur oīmode, & nisi spāliter opponens iuraret in suam aīam, q illas aīo calumniæ nō pponat, & demū debeat pbari, & terminari infra tres dies post oppositionem, aliter habeantur pro nō oppositis. Per prædicta aūt non pIudicetur illi contra quē talia instra producerent, quin dicta instrumeta producta possit accusare de falso, & cām talis accusationis peragere, per quam non suspendatur primus pcessus, sed si conuincatur instrm de falso per sniam ferendam super accusatione falsi cōdemnatoriam reuocent oīa gesta ptextu illius instrumenti, & pars producēs condemnetur ad interesse: nihilominus vt conuenit, criminaliter puniatur.

¶ De pscriptione sex annoꝝ ḡtra instra iudeoꝝ & vsurarioꝝ. Rubrica. IX.

NOtoria fama & multoꝝ conquestione pcepimus, q multi iudei & alii vsurarii vsurarios ḡtractus extorquētes variis titulis: nedū per eoꝝ voraginem, sortē exigunt & vsuras, sed ēt post aliquod tp̄s elapsum mortuo forsitan debitore, qui so'uit: vel ipsoꝝ vitio non valente remissionem vel solutionē ostēdere, quā cōfidenter, & absq notario & testibus fecerat', iterato exigūt iam solutū. Huic morbo volentes conuenientē adhibere medelam, statuimus q cōtra quēlibet cōtractū iudei vel cuiuscunq vsurarii qui pducatur in iudiciū in modū vel formam, & pbaretur per testes vltra sex annos a die initi contractus, talis iudeus, siue vsurarius nullū ḡsequatur effectū. Et cōtra ipsam sex annoꝝ pscriptionem ḡcedimus inchoandā in pdictis ḡtractibus ab hodie, & in futuris a die ḡtractus, cuius obiectu, ēt si nō opponatur, iudicis officio cōtractus hmōi repellantur & viribus vacuentur. Qui aūt sint iudei, & qui vsurarii manifesti vel non: sufficiat in qualibet cā, nedum plena & exacta iuris pbatio, sed ēt sola fama pbata per quatuor testes fide dignos.

¶ De responsione fienda positionibus & articulis. Rubrica. X.

POsitionibus oībus & singulis, quæ fierent in causis ciuilibus præstito iuram en to aperte ponente, q eas aīo calumniæ non ponit & credit eas veras & pertinentes ad cām in qua ponuntur: aduersa pars respondere teneatur: & compellatur per iudicem, non obstante q allegaret vel opponeret ipsas esse impertinētes. Iudex possit tñ & pars reseruare, q si non sunt pertinentes', rñsio in nullo pIudicet: & habeatur pro non facta. Saluo q si iudex viderit positionem manifeste impertinentem seu calumniosam, & ei non esse respōdendum, possit (si sibi placuerit) partem contra quam ponitur: releuare a rñsione prædicta. Et omnibus positiōibus qbus videret iudici esse rñdendum, debeat rñderi anteq̄ ostēdant aduocato vel alicui personæ, nisi solū rñdenti, qui teneatur rñdere statim positionibus sibi lectis vel ostensis, nisi iudici videret super aliquibus: de quibus pars dubitaret, dare terminū ad respondendū. Statuimus etiā q si quis fuerit bis per litteras requsitus: q veniat ad rñdēdum positionibus, & non responderit infra terminum lrarum, tales positiones habeantur pro cōfessatis ipso facto, etiam sine aliqua pronunciatione. Volumus ēt q in causis quæ sunt mixtæ ciuiles & criminales, possint fieri positiones quæ non tangant directo crimen, &' eis debeat responderi sicut in causis mere ciuilibus.

De cauillosis

¶ De cauillosis seu calūniosis exceptionibus refrenandis. Rubrica. XI.

Exceptiões cauillosæ friuolæ seu calūniosæ nullatenus opponanť,& maxime p quas negeť paternitas,filiatio,fraternitas,platura,seu possessio platuræ,vel eū cuius manus inuenitur publicum instrumentum esse notorium,vel alia simi- lia.Et si hmōi exceptiones inuenirentur esse non veræ,sed calumniosæ, statim hoc comperto opponens de facto cōdemnetur aduersæ parti in expensis,& eas reficere cū effectu compellatur:& in decem libris deñ.cameræ condemneť.Et quando iu- dici videbiť ꝙ tales exceptiones sint calumniosæ,statim possit tales exceptiões reii cere:& eis non obstantibus ad vlteriora pcedatur,pro ut videbitur conuenire.

¶ Quæ forma sit seruanda in alienationibus & ꝯtractibus reꝝ minoꝝ. Rub.XII.

Vt minoꝝ facilitati modis oībus cōuenientibus & expedientibus succurrať, ne in eoꝝ cōtractibus & negociis leuiter dānificari valeant:siue lædi,sicut in plerisꝗ factum esse cōperimus.Statuimus:& hac pñti ꝯstōne firmamus ꝙ do nationes,venditiones,& alienationes,remissiones,cessiones,& qetatiões q̃rūcunꝗ reꝝ,actionū,& iuriū sub quacunꝗ forma ꝯtractuum vel verborum a pubetibus seu adultis factæ sine iuramento corporaliter pſtito,& ēt sine cōsciētia duoꝝ vel triū pximoꝝ ꝯsanguineoꝝ si assistant,vel saltē affiniū:si ꝯsanguinei nō assistāt,& sine de creto cōpetētis iudicis,& insinuatione facienda in actis cū quibuscūꝗ,vniuersitati- bus,collegiis,& cōitatibus:& quibuscūꝗ psonis spālibus fieri nō valeant,nec aliqua tenus celebrari:& si factæ vel celebratæ fuerint nō seruatis solēnitatibus oībus supra dictis pſumanť & finganť dolosæ extortæ,& nullā obtineāt firmitatē. Et nihilomi- nus ꝯtrahens cū minore cōtra formā superius annotatam arbitrio iudicis puniať.

¶ De simulatis contractibus. Rubrica. XIII.

Cum iure testante plus valeat quod in veritate agitur,q̃ quod simulatæ cōci- pitur, ad reprimendas fraudes & malitias peruersorum,contractus nō veros simulatos & fictitios,seu per apodium celebrañ. Præsenti constitutione du- ximus ordinandum,ꝙ nulla ciuitas:cōitas,vniuersitas,vel quæuis specialis persona prædictos tales contractus simulatos fictitios vel dolosos inire,vel facere audeat uel præsumat.Nullusꝗ ex ipsis contractibus,pmissionibus:uel obligationibus,seu con uentionibus quibuscūꝗ tanꝗ a iure reprobatis:possit agere,uel aliquatenus experi ri:nec ex ipsis emolumentum vel damnum aliquod personis uel rebus aliquibus se- qui possit.Et si quid ex prædictis contractibus per aliquos uel aliquem perceptum fuerit uel obtentum,ad ipsos cōtractus residendos cū perceptoꝝ & obtentoꝝ resti tutione taliter contrahentes sūmarie de causa cognita, & sine iudicii strepitu com- pellatur.De quibus simulationibus,fictionibus,& fraudibus:& quolibet pdictoꝝ p euidentia & uerisimilia iudicia,quæ aīum iudicantis moueant:cognoscatur,& sen tentietur,consideratis personaꝝ,locoꝝ,tempoꝝ:& causaꝝ cōditionibus, qualitati bus,& uerisimilibus coniecturis.Cōtrafacientes aūt hmōi & obligationes recipien- tes:uel recipi mandantes fictitiæ,seu simulatæ si ipsum cōtractū, vel obligationē in fraudem,pmittentis seu ꝯtrahentis alterius negauerint,simulatæ,seu fictitiæ conce- ptū seu ꝯcepta uel facta in.xxv.florenis auri & plus usꝗ ad ualorem quantitatis siue rei in contractu uel remissione deductæ,iudicis arbitrio puniatur.

¶ De nō faciēdo ꝯtractū cū illo,cui iterdicta fuerit bonoꝝ admistratio per iudicē. Rubrica. XIIII.

Vt uia tollatur fraudibus. Statuimus ꝙ nullus faciat aliquem cōtractum cum aliquo cui per aliquem habentem iurisditiōem interdicta fuerit administra- tio suorum bonorum absꝗ licentia iudicis competentis iurisditiōem hñtis.

Si vero cõtrafactũ extiterit vel fieri mandatũ fuerit, contractus ipse nullius momenti sit. Et contrafaciens, si scienter: in tantum quantum est quantitas vel valor rei in cõ tractu deductæ, si ignoranter, mitius contrafaciens iudicis arbitrio puniatur.

¶ Ne clerici ad procuratorem admittantur. Rubrica. XV.

NVlla ciuitas: cõantia, comes, vel baro, seu quis alia psona clericũ, sindicũ, vel pcuratorẽ cõstituat: nec ad defensionẽ vel pcurationẽ aliq̃ admittatur, nisi i casibus concessis. Et si cõtrafactum fuerit exnunc decernimus non valere.

¶ De actis & instrũs, pductis q̃lr restituãtur dato termĩo ad accipieñ. copiã. R. XVI.

ACtis & instrumentis: & quibuscunq; scripturis pductis in iudicio, iudex causæ qñcunq; ad petitionem producentis teneatur dare aduersæ parti terminum cõuenientem ad accipiendum copiam de productis. Et termino elapso parti producenti ad eius petitionem notarius causæ producta registrare & restituere te neatur pœna sex florenoꝝ auri, & iudex causæ sub simili pœna dare dictum terminum, & cogere dictũ notariũ ad restõnem prædictam. Et hoc locum habeat in causis ciuilibus, criminalibus: & spiritualibus, & omni genere causarum.

¶ Liber Sextus incipit continẽs q̃stões ptinẽtes ad materiã & offm̃ appellationũ.
¶ De offõ & iurisditiõe iudicis appellationũ. Et q̃ ad ipsum & dñm Rectorẽ possit libere appellari. Rub. Prima.

ANtiquis constitutionibus iuri consonis, & ab antiquo seruatis extitit ordinatum, q̃ ad rectorem puinciæ generalem & eius iudicẽ super appellatiõibus possit libere appellari ab omnibus & singulis potestatibus, capitaneis, iudicibus, & officialibus quarũcũq; ciuitatum, castroꝝ, & locorum ipsius rectoris regimini cõmissorũ, & a qbuscũq; comitibus, baronibus: & iurisditionem habentibus, & a quibuscunq; cõitatibus: collegiis, & vniuersitatibus, & a quibuscunque arbitris & arbitratoribus, & a quibuscunq; grauaminibus & oppositionibus iudicialibus & extraiudicialibus, siue a qbuscũq; impedimẽtis, vel obstaculis, vel ab aliis iudicibus ipsius rectoris, tã generalibus q̃ pñdalibus: & de nullitate oium pdictoꝝ queri & agi, et i itegrũ restitutio postulari qñ de iure cõpetit corã dictis rectore & iudicibus seu altero ipsoꝝ. Et dictus iudex appellationũ possit & valeat de pdictis omnibus & singulis cognoscere summarie sententiare & diffinire, & in prædictis oibus: & et super oibus ɔtentis in q̃stõnibus in hoc sexto libro insertis sit & eẽ intelligatur iudex competens & ordinarius: non obstantibus aliquibus statutis, cõstitutionibus: & iuribus: priuilegiis vel obstaculis quibuscunq;.

¶ Quod non appelletur ad Papam omisso medio, & qui cognoscat de appellationibus interpositis ad rectorem, Rubrica. II.

BOnæ memoriæ dñs Bertrandus eps̃ Sabinensis dum esset archieps̃ ebredinẽsis: & reformator in terris prædictis ecclesiæ: asserens se super hoc habere specialem cõmissionem ab apostolica sede. Constitutionem quandam edidit in hac forma. Item finem imponi litibus cupientes & volentes per appellationem vel appellantium diffugia sub prosequendi iuris velamine cuiuscunq; iustitiam retardari. Auctoritate prædicta apostolica super hoc nobis specialiter attributa statuimus & ordinamus, q̃ q̃ñ a Potestatibus, Capitaneis, & Rectoribus, vel officialibus terrarum Ecclesiæ prouinciæ Marchiæ: vel a iudicibus præsidatuum, vel etiam a iudicibus maioris curiæ causarum ciuilium & criminaliũ: vel ab aliqbus ep̃is seu prælatis

latis seu arbitris, arbitratoribus seu amicabilibus psonis, cõpositoribus ab iterlocutoria seu diffinitiua snia, seu a quocũq; grauamine iudiciali vel extraiudiciali fuerit appellãdũ ad iudicẽ appellationũ, maioris curiæ, vel ad rectorẽ ꝓuinciæ necessario debeat appellari, nec appellatio ad sedẽ aplicam omisso medio iterposita aliquẽ iuris sortiaẽ effectũ. Et iudex a quo omisso medio extitit appellatũ, ꝓinde possit ꝓcedere, ac si nulla ab ipso iterposita appellatio extitisset. Illud aũt adiiciẽdo declaramus, ꝙ licet ad rectorem in casibus præmissis fuerit appellatum, ꝑdictus aũt iudex qui in officio sibi cõmisso vices rectoris gerere reputatur absq; aliqua cõmissione sibi a dicto rectore fiẽda, cãs appellationũ hmõi possit & debeat cognoscere: & fine debito terminare: nisi alias dictus appellationũ iudex partibus: vel alteri earum esset suspectus, vel rector cãm alii de expressa partium voluntate cõmiserit. Hoc saluo ꝙ vbi ab episcopis vel aliis prælatis fuerit appellatum, non iudex prædictus appellatiõum auctoritate propria: sed rector per se vel alium cui cõmiserit causam appellationis audire debeat & fine debito terminare.

¶ Quod appellatio interponi possit coram iudice ad quẽ appellaẽ. Rub. III.

STatuimus ꝙ omnis appellatio deuoluenda ad rectorẽ ꝓuinciæ vel suos iudices ordinarios vel delegatos possit interponi coram iudice ad quem, vel corã iudice seu arbitro vel alio a quo appellaretur, pro ut maluerit appellans, & corã quocunq; eoꝝ interposita fuerit valeat & teneat, ac si interposita esset coram iudice, seu arbitro, vel persona a qua appellatur, & ꝙ ad rectorem a suo iudice appellantium prædicto, & a suis cõmissariis possit libere appellari.

¶ De petitione & exhibitione apostolorum. Rubrica. IIII.

STatuimus & ordinamus ꝙ in appellationibus ad rectorem vel suos iudices ordinarios vel delegatos deuoluendis sufficiat appellanti apostolos petere pluries: etiam vno cõtextu, vel saltẽ semel coram iudice, coram quo interponiẽ appellatio. Et si petũtur a iudice a quo appellaẽ, vel suo in officio successore, ille a quo petuntur: teneaẽ incontinenti dare apostolos seu responsum appellanti sine aliqua dilatione vel termino, & si aliquem terminum statuerit ad recipiendũ apostolos appellans cõparere minime teneaẽ: nec ꝓpterea sibi in aliquo ꝑiudicium genereẽ. Et prædicta facta sm formam huius constitutionis valeant, & plenam firmitatem habeant, ac si omnes solẽnitates iuris fuissent solemnissime obseruatæ.

¶ De appellatione viua voce facta quando valeat. Rubrica. V.

RVrsus cupientes ptãtum, capitaneoꝝ, & officialium terraꝝ malitiis obuiare, & ꝯtra iustitiam grauatis ꝯsulere. Volumus ꝙ qũ ab aliquo ptãte, capitaneo, vel officiali, vel vniuersitate, barõe, vel eoꝝ officialibus, vel qbuscũq; aliis iudicibus, vel psonis, ad rectorẽ ꝓuinciæ, vel eius iudices ordinarios vel delegatos ꝯtigerit appellari a qbuscũq; grauaminibus iudicialibus extraiudicialibus sententiis iterlocutoriis vel diffinitiuis, aut ꝑceptis valeat appellatio viua voce facta: & solo verbo ẽt sine aliq̃ scriptura, & possit ꝓbari ẽt p testes: nec reqraẽ de necessitate aliq̃ petitio apostoloꝝ: & valeat & teneat talis appellatio, ac si iterposita eẽt i scriptis, & cãæ oẽs grauaminũ legitime & nullitatũ eẽnt isertæ, & ac si apostoli eẽnt legitime petiti. Et ꝑsertim cũ interdũ & freqnter locus & tp̃s nõ patiaẽ plenius deliberãdũ cõsilium, & maxime ꝓpter fraudẽ & terrorẽ officialium opprimentiũ appellantes.

¶ Forma q̃r ꝓcedaẽ in causis appellationũ tã añ sniam q̃ post. Rub. VI.

SAncimus hac ꝯstitutione in perpetuum valitura, ꝙ quilibet appellãs ab aliquo grauamine interlocutoria: vel præcepto ante sentẽtiæ tp̃s vel post, & quocũq;

alio actu pterq̄ a mera diffinitiua sn̄ia in iudicio vel extra in criminali cā vel ciuili &
a quibuscūq; ptātibus:officialibus,cōitatibus,vel aliis iurisditionē vel notionem hñ
tibus vel ptendentibus,seu a iudicibus:& officialibus rectoris puinciæ tam genera
libus q̄ præsidalibus vel arbitris & arbitratoribus.Et de nullitate agens vel petens re
ductionem ad arbitrium boni viri:aut restitutionem in integrū corā rectore vel su
is iudicibus,seu ad eos vel eoꝝ curiā infra octo dies a die interpositæ appellationis
vel factæ ɔtradictionis,aut petitæ reductionis ad arbitriū boni viri vel restōnis in
integrū cōputandos appellationē & cām ipsam psequi teneaſ faciendo citare partē
appellatā,ꝙ in termino citationis debeat comparere, & in dicto termino:uel infra
dictū terminū ipse appellans,sen de nullitate agēs se debeat pñtare.In causis vero ap
pellationum seu puocationum,seu nullitatum,aut reductionis ad boni viri arbitriū
& restitutiōis in integrū a diffinitiua sn̄ia ad rectorē seu suā curiā deuolutis, seu qūo
libet interiectis appellās:& cām agens infra.xx.dies ɔtinuos a die appellationis inter
positæ ɔtinue cōputādos appellationis & nullitatis cām psequi teneaſ faciendo ci
tari aduersariū siue aduersam partem,& se in dicto citationis termino,vel i ipm ter/
minum pñtando.In oibus aūt appellatiōibus & causis supradictis possit pcedi absq;
libello,litis ɔtestatione:iuramēto de calūnia,ac aliis solēnitatibus & ordinibus iudi
cioꝝ,et substantialibus,sed solum facta pñtatione vbi opus est legitimentur psonæ:
& deinde terminus detur decē dieꝝ vel maior vel minor arbitrio iudicis vtriq; pti
ad iustificandum,& impugnandū,& pbandum tam per testes q̄ per instrumenta,
vel per quemcunq; aliū modum,qui eis competeret de iure & hñdum pbatū,& ela
pso dicto termino deſ terminus ad accipiendum copiā de productis & probatis, si
qua producta siue probata sint:ad opponendū & probandū:& probatū hñdum cō
tra ea vtriq; parti,quo termino elapso detur terminus vtriq; parti ad allegandū, &
demum eo elapso iudex cām q̄ citius potest per sn̄iam debeat terminare. Hoc tñ p
expeditione & abbreuiatione litium volumus & ordinamus ꝙ in omnibus causis
supradictis appellans de nullitate agens & petens reductionem ad arbitriū boni viri
seu restōnem in integrum aduersario comparente vel nū comparente sic se habeat
diligenter,ꝙ infra tpa fatalia inferius designanda cām per sn̄iam faciat terminare,
videlicet si cā ē ciuilis & ab interlocutoria,vel ab alio grauamine vel actu q̄ a diffini
tiua sn̄ia infra duos menses.Si est ciuilis & a diffinitiua infra tres.Si vero cā crimina
lis fuerit:siue ab interlocutoria siue diffinitiua infra mensem:si grauamē fuerit illatū
vel sententia lata in loco vbi rectoris curia residet.Et si in alio loco causa infra duos
mēses debeat expediri.Quæ tempora fatalia incipiant a die appellationis vel quæ
relæ nullitatis,siue petitionis reductionis ad arbitriū boni viri vel petitionis restitu
tionis in integrum,& dictis tpibus fatalibus elapsis,cā intelligatur omnino deserta,
etiam sine alia pronunciatione.Iudex tñ possit abinde in posterum pronunciare &
declarare desertam & condemnare deserentem in expēsis. Hoc addito ad pdicta ꝙ
quilibet appellans cām iniquitatis & nullitatis in appellatione sua deducere & intē
tare possit & debeat,ac etiam teneatur:& ꝙ simul & semel agitari debeat vtriusque
iudicium & per iudicem terminari.Et etiā simul cum appellatione & nullitate pos/
sit intentari & deduci restitutio in integrum:& petitio reductionis ad arbitrium bo
ni viri vbi competit aduersus actum a quo appellatur:vel restitutio in integrum ad
arbitrium boni viri petitur.Et singuli termini qui per nostras constitutiones in ap/
pellationum causis existunt ordinati quantum ad eorum progressum: siue quātum
ad eorum finem,siue quo ad modum & ordinem procedendi in causis nullitatum
& reductionum ad arbitrium boni viri & restitutionis in integrum, sint & esse in/
telligantur similiter constituti,ita ꝙ eis elapsis agēdi de nullitate,& omnis reclama
tionis,prouocationis,& reductionis ad arbitrium boni viri & restitutionis in inte/
grū,& adappellandū additus sit & esse debeat præsentis cōstitutionis auctoritate p/
clusus.Et per hanc constitutionem quo ad principium seu tempus dicendi nullum,
vel petendi restitutionem in integrum,vel reductionem ad arbitrium boni viri no
lumus præiudicium generari:nec aliquid innouari.

¶ De appellationibus interponendis a iudicibus generalibus prouinciæ celeriter expediendis. Rubrica. VII.

q Via per appellationum diffugia, q̃ ab interlocutoriis iuterponuntur, frequẽ/
ter a rectore vel suis iudicibus contingit causas nimium protelari, & effectũ
iustitiæ impediri. Et cum in curiis ipsorum rectorum habeatur copia perito
rum, & facilitas consequendorum actorum: & habilitas eorum ad quos appellatur,
& per hoc possint causæ ipæ cum instantia celeriter expediri. Statuimus ꝙ quelibet
appellatio interposita vel interponenda a quacunq; interlocutoria lata vel ferenda
ante sententiam diffinitiuam vel post per quemcunq; iudicem vel officialem ordi
narium vel delegatum rectoris prouinciæ possit & debeat cognosci & terminari in
fra octo dies continuos a die præsentis constitutionis in appellationibus iam inter/
positis, & a die interpositæ appellationis in appellationibus interponendis, & qui/
buslibet diebus, et quarũcunq; feriarum dictæ causæ possint cognosci & terminari.
Et tales appellatiões interponẽdæ possiut iterponi die latæ interlocutoriæ, vel seq̃n
ti & nõ post. Et si appellatio a dictis interlocutoriis non fuerit interposita infra dictũ
tempus supra ad id ordinatum, vel si fuerit infra tempus interposita; & non fuerit in
fra dictos octo dies terminata habeatur, proinde ac si non fuisset appellatum: & pro
inde procedatur pet iudicem, a quo & per partem appellatam & appellans coga/
tur reficere parti appellatæ expẽsas antequam audiatur in causa in qua appellauerit
ad aliquem actum. Et nihilominus pars appellata possit in causa illa principali pro/
cedere ad omnes actus sibi opportunos & expedientes. Et ꝙ ab interlocutoria ali/
qua de prædictis non possit appellari nisi semel tantum. Et ab aliquo actu qui fieret
in causa talis appellationis non possit appellari. Tamen interlocutoriæ ꝑdictæ om/
nes latæ ante diffinitiuam sententiam præterquam late supet legitimatione perso/
narum pro aliis in iudicio interuenientibus possint in causa appelletionis a diffini/
tiua sententia recenseri, non obstante ꝙ ab eis non esset appellatum, vel esset semel
appellatum. Et ꝙ omnis appellatio quæ interponeretur contra dictam formam, ꝑ/
sumatur & fingatur friuola: frustatoria: & causa morandæ litis interposita, & ei nul/
latenus deferatur, & ea non obstante procedatur in causa, ac si interposita non fuis/
set. Saluo & excepto ꝙ prædicta locum non habeant in interlocutoriis habentibus
vim diffinitiuæ & latis. vbi non esset lata, nec expectatur fieri alia diffinitiua senten/
tia in qua possit emendari. Nec locum habeãt in sententiis quæ ferentur per iudicẽ
Rectoris super appellationibus deputatum, per quas diffiniuntur causæ appellatio/
num ad eum interpositarum ab aliis sententiis uel grauaminibus tam illatis q̃ factis
in generali curia supradicta.

¶ Quod restitutio in integrum peti possit directa via, etiam omissis administrato/ribus & causas agentibus. Rubrica. VIII.

HAc constitutione decernimus, ꝙ minor vigintiquinq; annis: & ecclesiæ vbi
cunq; lædantur, in iudicio vel extra: habeant ellectiõem, an velint petere re/
stitutionem in integrum, vel agere contra tutorem, procuratorem: actorẽ,
vel sindicum, quorum culpa vel negligentia contingeret eos lædi, & petita restitu
tione in integrum procedatur super causa: non obstante ꝙ contra administratores
ipsorum prædictos non sit primitus actum, aut facta discussio contra eos.

¶ Quod appellationis remedio non possit renunciari. Rubrica. IX.

AD hoc vt obuiẽ malitiis & dolis ꝑtãtum, capitaneoꝝ, & officialiũ terraꝝ, q̃
per ipsos capitaneos, ꝑtãtes, & officiales fieri & exerceri ꝯsueuerunt, & alioꝝ
iudicũ ad diminutionẽ officii appellationũ. Statuimus ꝙ nullo mõ possit pe
ti per aliquem officialem: cõitatem vel vniuersitatem statutũ & ordinamẽtũ fieri,

nec factú ſeruari, quo ꝓhibeat vel tollat aliqua appellatio, nec in iudicio vel extra iudiciú tacite vel expreſſe, ner per aliquam viam directam vel indirectam: perſonam vel perſonas cauſam habentes vel habituras coram eis vel aliquo eorum: vel alia quacunq; perſona poſſit vel debeat renunciari vel retineri beneficium appellationis, vel ſuper eo pactum fieri de non appellando ante ſententiam, grauamen, vel cõminationem illorum cõminantium, ſeu etiam poſt ipſum grauamen cõminationem: interlocutoriam, ſeu ſentẽtiam diffinitiuam aliquo modo vel ingenio: etiam ſub velamine ſacramenti tam in ciuili q̄ in criminali: vel aliquo alio grauamine vel actu iudiciali vel extraiudicialẽ. Et ſi qua renũciatio pactũ ſiue remiſſio & iuramentũ alias facta fuerit ĩpo iure nullius ſit momẽti. Et idẽ dicimus ĩ reductiõe ad arbitriũ boni viri, & reſtitutione in integrũ, & quærela nullitatis, vt per renunciationem tacitam vel expreſſam, vel pactum remitti nõ poſſint. Excipimus a prædictis, ꝙ ſi principalis appellans perſona, vel de nullitate agẽs: vel petens reductionem ad arbitriũ boni viri per ſe & non per procuratorem, vel aliam interpoſitam perſonam, perſonaliter compareat coram rectore vel coram ſuo iudice, coram quo talis cauſa penderet, & renunciaret expreſſe cauſa tali, q̄ legitima ipſi rectori vel ſuo iudici videãtur, tunc poſſit admitti talis renunciatio, & valeat ſi approbetur expreſſe per rectorem vel ſuum iudicem ſupradictum. Et ſaluo ꝙ per hanc conſtitutionem non præiudicet aliis noſtris cõſtitutionibus de deſertione loquẽtibus, quas volumus in ſuo robore perdurare. Et ſaluo ꝙ in appellationibus a rectore vel ſuis iudicibus interiectis renunciatio valeat ſm iura cõmunia. Et poteſtas ſiue officialis qui dictam renũciationem, remiſſionem ſeu pactum fieri fecerit, ſeu iuramentum ſuper hoc receperit. Et notarius qui ipſam remiſſionem ſeu pactum ſcripſerit, ducentorum florenorum auri pro quolibet pœnæ ſe nouerit ſubiacere.

¶ Quod acta exhibeantur in iudicio quando appellatur in cauſis criminalibus, & quomodo in q̃õne procedatur quando exhibentur. Rubrica. X.

QVia iure teſtante fraus & dolus nemini debẽt patrocinium impartiri: ſed ipſis potius inq̄tum eſt poſſibile obuiandum, & maxime cum appellantes in criminalibus cauſis ante ſententiam vel poſt propter defectũ actorum & ꝓceſſuum: quorum copiam procuratoribus & faciẽtibus iudicibus cauſarũ principalium habere non poſſunt tanq̄ eorum proceſſibus & probationibus denudati, nequeunt ipſorũ cauſas proſequi, neq; modo & tempore debito facere terminari. Statuimus atq; præcipimus, ꝙ quilibet appellans in criminali cauſa dũtaxat ante ſententiæ tempus, vel poſt a quocunq; grauamine vel præcepto, vel ſententia in criminali cauſa facto. In prima citatione faciat mandari iudicibus: & officialibus perſonis, ſiue vniuerſitatibus quibuſcunq;, a quibus ad rectorem vel ſuam curiá eſſet appellatum: & etiam parti ad cuius inſtantiam ſeu petitionem factus fuiſſet ꝓceſſus, vel illatum grauamen, vel lata ſententia a quo vel a qua fuerit appellatũ, ſi qua pars huiuſmodi reperitur, ꝙ omnia acta, ſententias, & præcepta: & ꝓceſſus quoſlibet in formam publicam infra quinq; dies, vel maiorẽ terminũ iudicis arbitrio ſtatuendũ, teneant & debeant exhibere & ꝓducere corá ipſo: corá quo cám appellationis hmõi contingerit ventillari, quo quidem adueniente termino: ſi ꝓdictoꝝ copia iuxta mãdati formá exhibita fuerit, in appellationis cá ꝓcedat, prout de iure & ſm formá noſtraꝝ ꝯſtõnum fuerit ꝓcedendum. Porro ſi ꝓdictoꝝ copia iuxta primi mandati formá facta non fuerit per partem appellatá, vel per iudicem principalẽ, ſeu rectorẽ ciuitatis vel vniuerſitatis, qui de hoc fuerint requiſiti, iterato citari debeant & reqri, qꝫ in ſecũdo termino per rectorẽ vel ſuos iudices: vel officiales peremptoriæ, & per literas, ꝓfigendo vero terminum quinq; dierum minorũ petitorum actoꝝ, ſententiarũ: ꝓceptoꝝ, & proceſſuum quorumcunq; copiam faciant exhiberi, quæ ſi facta fuerit in appellationis cauſa (vt ſuperius præmittitur) procedatur, alioquin ipſis requiſitis (vt prædicitur) in non exhibendo prædictam cõtumacibus & inobediẽtibus exiſtentibus

ſtétibus habitis propter inobedientiam, contumaciam, atq; dolum pro confeſſis: & cõuinctis per rectorem & ſuos iudices & officiales quoſcunq; tam generales q̃ præſidales, elapſis duobus terminis abſque aliq̃ alia citatiõe vel requiſitione ad aliquẽ alium actum, vel ad ſentẽtiam audiendã ꝓcedi poſſit & debeat ad ꝓnunciandũ bñ & legitime appellatũ: & acta, & ſnias, & ꝓceſſus, & p̃cepta eſſe nulla caſſa & irrita & nullius eſſe valoris p tales iudices & officiales, ſeu rectores vniuerſitatis & ciuitatis, ſiue pſonas quaſcunq; a qbus eſſet appellatũ perperã & inique ꝓceſſus, ac ſi de appellationis cã liqueret. Et ꝙ ſi quo tpe ſnĩa, acta, p̃cepta, vel ꝓceſſus aliqui contra dictũ appellantẽ ex cauſis p̃dictis in poſterum apparerent ex ipſis vel ipſoꝝ occaſione appellans inquietari nõ poſſit, vel aliquatenus moleſtari. Et nihilominus de p̃dictorũ inobedientia cõtemptu & fraude p̃dictos officiales qui debẽt acta exhibere inobedientes & cõtemptores, ſiqdem ꝓ delicto ſuper quo appellabat, ſi erat pœna pecuniaria in tantundẽ cameræ. Si perſonalis, in ducentis flor. auri cameræ Ro. ec. condemnetur. Et camerarius cõis illius cõitatis teneatur ad requiſitionẽ dictoꝝ officialium expenſis illius cõitatis dare nuncium ꝓ portando dicta acta ad curiam appellationũ. Et ſi per eum ſteterit: quin nuncius (vt p̃dicit̃) dederit tunc ipſe camerarius de ſuo ꝓprio non p̃dicti alii officiales dictã pœnã in quolibet dictoꝝ oĩum caſuum ſoluere teneatur. Volumus tñ & ordinamus, ꝙ ſi in cauſa huius appellationis vertẽtis corã rectore vel ſuis iudicibus ordinariis uel delegatis ꝓducta fuerit acta integra: deinde per partem quæ tunc erat appellata cõtigerit in tali cã fieri appellatiõnẽ nõ poſſit cõpelli, nec teneat̃ talis pars effecta appellata de nouo q̃ prius fuerit appellãs, nec iudex a quo nuper appellat̃ ꝓducere acta iã ꝓducta, ſeu anterioris iudicii, ſed ſolum acta facta corã iudice vel per iudicem a quo vltimo extitit appellatum. Et p̃dicta locum nõ habeant in appellationibus q̃ interponunt̃ a ſententiis vel grauaminibus iudicis maleficioꝝ curiæ generalis ꝓuinciæ, vel cuiuſcunq; iudicis dictæ curiæ generalis in cã quacunq; criminali, ex qua pœna poſſit applicari cameræ Rom. Ec. q̃tum ad publicatiõnẽ cauſæ. Sed in cauſis talium appellationum, miſſis prius lr̃is q̃ dirigant̃ ẽt ad aduocatum & ꝓcuratorem fiſci infra terminũ eoꝝ: vel poſt pars appellans reqrat Notarium actoꝝ: ſeu quẽcunq; ex notariis maleficioꝝ curiæ generalis, vel iudicẽ maleficioꝝ, vel eius locumtenẽtẽ, ꝙ det ſibi copiã oĩum actoꝝ & ſententiæ in publicã formã: & ꝙ eis offerat cõpetentẽ mercedem ſm formã ꝯſtõnum. Et facta tali reqſitione & oblatione mittant̃ ſecũdæ litteræ, & infra eaꝝ terminum vel poſt pars appellans iteꝝ reqrat & offerat, vt ſupra, quibus factis iudex qui de appellatione cognoſcet videns hmõi ꝯtumaciam, negligentiam, & defectũ in nõ exhibendo copiam actoꝝ & ſniæ, ſeu quorũcũq;, ex nunc teneat̃: poſſit & debeat ꝓnunciare, ꝙ ipſi parti appellanti non currat terminus, nec tẽpus aliquod fatale in cauſa ſuæ appellationis quouſq; copia integra oĩum actoꝝ: & ſententiæ fuerint ſibi p iudicem maleficiorũ, vel aliũ iudicem curiæ, vel notariũ actoꝝ, vel aliũ ex notariis maleficioꝝ tradita cum effectu, vel p partem, vel aliũ quemcunq;, q ſibi facultatem habuerit exhibendi. Volumus tñ & declaramus ꝙ in caſu in quo p̃dicta cõſtitutio loquitur de periclitatione cauſæ, non proficiat appellanti: nec ex eo capite obtineat, ꝙ forſitan nõ ꝓducatur aliquis actus vel ſcriptura quæ nõ faciat ad dictam cãm, vel per quem ſeu quã ſua appellatio nõ iuſtificet̃ vel non reuelaret̃ appellans, & ꝙ ſi dicatur per appellantẽ actum vel ſcripturã non eſſe productum vel ꝓductam, & de illo actu ſeu ſcriptura eſſet rogatus alius notarius q notarius actorum non proſit appellãti, niſi in primis litteris & ſecundis expreſſe fiat mentio, & de illis actis: & de nomine notarii rogati: & ꝙ propter verbum & cætera ſupra vel infra, vel his ſimilia acta nõ intelligantur diminuta. Et ꝙ illud quod dicit illa conſtitutio in cauſis maleficiorũ curiæ generalis non periclitandis, locum habeat etiam in cauſis criminalibus curiæ cuiuſlibet præſidatus in pœna applicanda fiſco.

¶ De modo procedendi ſuper ſecundis appellationibus quæ interponuntur ad rectorem prouinciæ & ſuos iudices. Rub. XI.

Quotiēscūq; a iudicibus curie generalis ad rectorē iuxta ꝯsuetudinis & cō/ stitutionis prouinciæ formam secūdo super eodē articulo, capitulo vel eadē sententia fuerit appellatū, & per rectorem ipsum siue aliquē cōmis/ sariū siue delegatū suum de p̄dictis secūdis appellationibus ante sententiā diffinitiuā vel post interpositis a iudicibus p̄dictis cognosci contingat. Statuimus q̄ p̄dictæ secūdæ causæ q̄ones & lites appellationū sūmarie absq; libelli oblatione, litis cōtestatione sine strepitu & figura iudicii ex actis prioribus oībus dūtaxat, assumēdo causas easdē quæstiones seu lites in eo statu, quo tūc erāt, quādo remissiones interlocutoriæ vel sententiæ fierent, audiant, cognoscant & terminent: & super ipsis modo p̄dicto interloqui sententiari & procedi possit & debeat siue per rectorem siue p cōmissariū . delegatos ab eo vnū vel plures & sententialiter diffiniri. Et p̄dictorum iudicū processus & sententiæ super hoc sic facti & late valeant & teneant, ac si ordo iudiciarius foret seruatus integraliter in eisdē. Et hoc locū habeat in oībus & & singulis quæstionibus litibus siue causis p̄ntibus pēdētibus & futuris. Et p̄dicta locū habeant qn̄ prima appellatio fuerit cognita p rectorē vel per suos iudices, siue secunda appellatio interponatur per primū appellātē, siue p partē aduersam. Si vero prima appellatio cognita fuerit & terminata in alia curia, tūc præsens constitutio nō vēdicet sibi locū, & in p̄dictis secūdis appellationibus, in qbus hæc cōstitutio vēdicat sibi locū, sit ordo pcedendi vt facta citatione p̄ntatione & legitimatione psonaꝝ vt supra in alia cōstitutione ꝯtinetur, detur terminus ad pducendū prima acta & prius in prima causa & secūda probata & pducta, quo elapso detur terminus ad excipiendum & opponendū & probandum & habendum probatum cōtra. Et illo termino elapso detᵉ terminus ad allegādū, & ipso elapso cā per sniam terminetur.

De modo soluendi salarium super appellationibus. Rub. XVI.

Ne metu expensæ aliquis cesset ꝓsequi suā appellationē. Statuimus q̄ a volēte cām appellationis ꝓsequi exigatur salariū a camera secūdum q̄titatē in qua iuxta q̄titatē ad q̄ p formā statuti illius loci, vbi fuerit facta cōdēnatio, cōdēnari debuit & vere absq; remissione aliq̄ solui debeat, omissis supra additis de qbus per camerā salariū nō exigatur. Et quia in cōdēnationibus sæpe dolus & fraus cōmittitur in maioribus vel grauioribus q̄titatibus. Ideo ne metu maioris vel grauioris salarii exigēdi appellās causam appellatiōis indiscussam dimittat, a qbus qualiter & q̄tū salariū mitius exigi debeat rectoris et suoꝝ iudicū arbitrio reseruamus. Addicimus q̄ nullus potestas seu officialis alicuius terre maiorē cōdēnationē faciat in fraudē appellatiōis nec aliq̄ cōdēnationē vltra debitā cōdēnationē vel solutionē ipsius condēnationis apponat, propter quā appellās vltra debitā cōdēnationē grauetur. Et qui contrafecerit ipsa cōdēnatiōis snia sit ipso iure nulla irrita & inanis & puniatᵉ in duplū eius in quo vltra debitū in fraudē cōdēnauit. Et vtrū cōdēnatio in maiori q̄titate vel pœna in fraudē appellationis facta fuerit, declarationi & interpretatiōi reseruetur rectoris & iudicū arbitrio & habeatur pro plena probatione.

Quibus diebus & temporibus termini & tempora non currant in causam appellationum & aliis. Rub. XVII.

Tempora terminos appellationū & aliaꝝ causarum volumus non currere sed causas ipsas in eodē statu manere a tpe quo cōtingerit libros claudi pp remotionē rectoris vel ip̄m' rectorē remotū de terra recedere vbi curia generalis puincie residētiā faceret capiēdo iter & recedēdo de puincia vsq; ad decē dies post aduētū noui rectoris sui successoris & restitutionē libroꝝ actoꝝ faciēda nouis notariis seu officialibus vel etiā veteribus si ipsos cōtingerit refirmari. Et similiter nō currāt toto tpe quo pp renouationē iudicū et officialiū seu sindicatoꝝ eorūdē vel alia q̄cūq; cā libros actoꝝ mādato rectoris claudi et clausos stare cōtingerit, et toto tpe

quo curia

quo curia prædicta moueret de vna terra ad aliam, videlicet a tẽpore quo iudices desinerent sedere ad bãcũ iuris in terra vnde curia pdicta recederet vsq; ad tp̃s quo inciperet sedere ad bãcum iuris in terra ad quã dicta curia moratura accederet. Et similiter nõ currãt oĩbus diebus de quibus per iudicem causæ specialiter in cã illa de voluntate partium, vel generaliter in causis coram eo vertẽtibus pronunciaretur cum cõsensu maioris partis iudicũ curiæ generalis tẽpora seu terminos nõ currere. Et similiter non currant omnibus diebus per quos indicerent vel pronunciarẽtur feriæ generales per rectorẽ puinciæ, vel eius vicariũ & tẽporibus feriatis propter messes & vindemias & omnibus & singulis diebus & temporibus feriatis quæ cõtinent in cõstitutione nostra posita sub rubrica de feriis. Et quotiens index causæ propter contumaciam & inobedientiam alterius partiũ pnũciauerit aduersæ pti tẽpora seu terminos nõ currere, quo casu illi parti pro qua pnunciatũ est, tẽpora nõ currãt nec termini. Illa vero tẽpora volumus esse iuridica & continua in temporibus & meritis causaꝝ. Per hoc tamen nõ negamus quin vbi iusticia suadebit, possit secũdũ iura cõmunia fieri ex iusta causa restitutio temporum vel etiam terminorum.

De feriis. Rub. XIIII.

FEriatos dies esse decernimus in causis appellationũ omnibus & in causis ciuilibus & spiritualibus quæ corã auditore rectore vel vicario sup spiritualibus agitantur, & in quibuscũq; aliis causis coram rectore iudicibus vel cõmissariis agitãdis præterq̃ in causis maleficioꝝ primis: vel aliis causis quæ ipsis tẽporibus de iure cõmuni permittũtur agitari videlicet. Festũ natiuitatis dñi nři Iesu xp̃i cũ quatuor diebus præcedentibus & oĩbus diebus sequentibus eiusdẽ vsq; ad secundã diẽ post Epiphaniã inclusiue, Dies cineris cum duobus præcedẽtibus, Festum Pascale resurrectionis dñi cum septem diebus p̃cedẽtibus & septem sequẽtibus. Dies pẽthecostes cum duobus sequẽtibus. Dies festi corporis xp̃i Dies ascẽsiõis dñi. Quinq; dies festiuitatũ Beatæ Mariæ virginis, videlicet Natiuitatis, Cõceptiõis, Annũciatiõis, Purificatiõis, & Assumptiõis. Dies festiuitatũ oium apostoloꝝ. Dies festiuitatũ q̃tuor Euãgelistaꝝ. Dies dñici. Dies festiuitatũ q̃tuor doctoꝝ ecclię. Dies festi beatæ Agnetis Beatæ Agatæ. Sãcti Bñdicti abbatis. Sãcti Georgii. Sãctæ Apoloniæ. Dies kalẽdaꝝ madii. Sancti Michaelis archãgeli. Sãcti Ioãnis Baptistæ tã natiuitatis q̃ decolatiõis Sãctæ Crucis tã inuẽtiõis q̃ exaltationis. Sanctæ Margaritæ. Sanctæ Mariæ magdalenæ. Sancti Laurentii. Sancti Dñici. Sãctæ Claræ. Sãcti Augustini. Sancti Frãcisci. Oium sanctoꝝ. Sãcti Saluatoris. Sancti Martini. Sãctæ Katherinæ. Sãcti Nicolai epi. Sãctæ Luciæ. Et dies festiuitatis sancti sub vocabulo cuius ẽ ecclesia cathedralis seu maior ecclesia terræ in q̃ curiã generalẽ puinciæ ɔtingerit residere, seu cuius sancti festum tanq̃ capitis & patroni illius terræ populus generaliter cõiter & solẽniter celebraret. Volumus & mãdamus q in bãco spiritualium, & in bãco appellationũ: & in banco cuiuslibet curiæ generalis notarii dictoꝝ bancoꝝ debeant conficere vnũ librum pro quolibet banco in quo cõtineantur seriose & distincte oẽs dies iuridici & oẽs dies feriati totius tẽporis eoꝝ officii. Et talẽ librũ reassignẽt in fine sui officii cameræ. Et notarii collegii aduocatoꝝ & pcuratoꝝ curiæ generalis cõficiant aliũ librũ in quo similiter omnes dies iuridici & feriati cõtineantur distincte: & talibus libris & cuilibet ipsorum adhibeatur plena fides.

Quod iudices præsidatuum deferant appellationes coram eis interpositas ad curiam nostram. Rub. XV.

QVilibet index particularis seu in præsidatu deputatus vnumquẽq; volentem appellare & cãm appellatiõis psequi coram iudice curiæ generalis super audiẽdis causis appellationũ ordinãdo libere appellare, & pseq ad mittat sine impedimẽto. Et siquis ɔtrafecerit peñ. centũ libr. vice qualibet puniatur.

¶ De pœna notariorum recusantium recipere rogitum de appellatione & præsentatione litterarum. Rubrica. XVI.

VOlumus & ordinamus: quod quilibet notarius requisitus a quibuscumque personis teneatur conficere publicum instrumentum quarumlibet litterarum, citationum: appellationum, & protestationum, & si hoc facere negauerit vel malitiose facere distulerit qualibet vice, in. xxv. libr. usualis monetæ mulctetur. Si vero de præsentatione litterarum sedis apostolicæ, vel ipsius Rectoris & suæ curiæ super negociis propriis Ro. ecclesiæ, vel curiæ ipsius rectoris aliter transmissis instrumentum facere denegauerit, vel malitiose distulerit officio notariatus per quenquam sit suspensus: & nihilominus in libris quinquaginta usualis monetæ curiæ Ro. ecclesiæ condemnetur. Vel si quis non notarius qui aliquod instrumentum huiusmodi facere prohibuerit, & ne faciat: aliquod grauamen intulerit, vel terrorem. Siquidem baro fuit. in ducentis libris. Si potestas, aut vniuersitas, iudex, aut cōitas, officialis terræ, vel quiuis alius, pen. cētū libr. incurrat.

¶ De instrumentis appellation. & sentētiis ponēdis in registro, & earum solutionibus. R. XVII.

INstrumentum appellationis ostēsum coram rectore, vel suis iudicibus, vel officialibus curiæ generalis de aliquibus sententiis, vel aliis quibuscumque processibus recipiat notarius penes se: & in registro ponat vel faciat registrari. Et de solutione prædictorum teneat modum in nostris constitutionibus cōtentum. Et iudex vinculo sui iuramenti teneatur facere obseruari.

¶ De non faciendo executionem ante decem dies. Rubrica. XVIII.

CVm non solum initiata post appellationē a diffinitiua sententia interiecta debeant ante omnia per appellationis iudicē reuocari. Sed ea omnia quæ medio tempore inter sententiam & appellationem, quæ postmodum infra decē dies interponitur, ab eadem contigerit innouari, ac si post appellationem innouata fuisset. Et melius sit ante tempus occurrere: quam post vulneratam causam remedium quærere, imo penitus necessarium: vbi maxime tale vulnus existeret: cui postea nō possit adhiberi medela. Ideo statui prouinciarum: & prouincialibus salubriter prouidere volentes, & multorum excogitatis fraudibus obuiare, qui contra formam iuris cōis maxime constitutionum, & in graue animarum suarum periculum, conantur facultatem adimere appellan. illos quos ad mortem vel aliter condēnare personaliter, seu punire volunt, faciendo tempore sententiæ aliquam in eos proferre, seu ante tales quos condemnāt, seu condemnare volunt eos taliter obturari, seu eos aliter impediri, quod loqui non possunt, ne appellent: eos etiam taliter tenēdo abscōsos, quod nullus propinquus amicus vel alius possit ad eos accedere: nec eos super aliqua defensiōe instruere: vel docere. Et quod peius est lata sententia corporaliter in aliquem seu aliquos incontinēti executionē fieri faciunt in condemnatos, deum non habendo præ oculis: non expectando decē dierum terminum, infra quos de iure permittitur, & in maioribus vel minoribus appellare. Post quas executiones cum reuocari non possent, appellaretur in vanum. Vnde prouida deliberatione statuimus: quod nullus Potestas: Capitaneus, Iudex, Officialis: Baro, vel Comes, seu quispiam alius iurisditionem exercens alicuius ciuitatis: cōitatis, castri, vel loci, audeat vel præsumat per se vel alium: seu alios aliquem condemnatum personaliter vel corporaliter, directe vel indirecte quomodolibet impedire, quominus ad ipsum rectorem vel suam curiam valeat appellare. ¶ Præsenti constitutione firmantes & sancientes: ac omnibus & singulis rectoribus, potestatibus: capitaneis, baronibus, cominibus: iudicibus: & omnibus aliis dictæ prouinciæ, & omnibus & singulis vniuersitatibus ciuitatum: castrorum, & aliorum locorum penitus inhibentes, ne aliquam corporalem pœnam vel personalem executionē faciant, aut fieri patiantur cōtra aliquem condemnatum vel condemnandum ad mortem, seu aliter corporaliter, vel persona

liter

liter infra tps decem dierum q statutum est a iure volentibus appellare. Quod que nullus personaliter vel corporaliter puniendus ducatur ad scenam seu patibulū vel locum vbi fuerit puniēdus ore obturato, vel aliter impeditus quominus loqui possit aperte seu facie cooperta: taliter q aperte appellare nō posset. Potestas vero & capitaneus qui contrafecerit & fieri fecerit vel passus fuerit fieri in mille florenis auri effectualiter puniatur, & baro vel alius iudex: in trecētis, cōitas vel vniuersitas in mil le flor. auri effectualiter puniatur. Et læsis & iniuriatis cōtra formā pñtis cōstitutiōis & eorū filiis & heredibus ad dāna & interesse rectoris & suorū iudicū arbitrio declaranda, teneantur & cōpellantur in omnibus casibus supradictis. Cōmnnia vero ciuitatum castrorū & aliorum locorū pro suis officialibus & potestatibus teneanē nisi eos cæperint & in fortiam dictæ curiæ dederint infra octo dies ex quo deliquerunt in prædictis. Si vero frustatorie seu iniuste in præmissis in causis ab aliquo appellari ɔtingerit vt honori prædictorū rectorum inquantum conuenit deferatur, & vt iurisditio ciuitatum & aliorum locorum seruetur illæsa. Statuimus & firmamus q si cōtingerit per dictū rectorem vel suum iudicem super appellationibus deputatum vel deputandum pronunciari aliq appellationem in dictis casibus nō tenere seu iniustā esse: vel male appellatum fuisse, executio primæ sententiæ ita remaneat præfatis rectoribus qui eam dederint vel dabūt quemadmodum habuissent seu haberent, si nō fuisset ad ipsum Rectorem, seu ipsius curiam appellatum, appellatione huiusmodi non obstante. Omnibus aliis quæ super appellationum causis & in fauorem appellationum per constitutiones statuta sunt, in suo robore duraturis.

¶ Quod appellantibus non currat aliquis terminus ordinatus per statuta ad soluendum. Rub. XIX.

Quia ꝗpluribus terris vigent statuta seu reformatiōes q cōdēnati si soluūt infra decē dies vel alium certum terminum diminuaē eis tertia vel alia quæcunq pars condēnationis, quod videtur inuētum ad diminutionē curiæ ipsius rectoris, & vt cōdēnati ab appellationibus detrahātur. Statuimus q quicunq condēnatus appellauerit per appellationē ipsam terminus pdictus sit, & intelligatur esse suspensus, & non currat quousq dicta causa appellationis fuerit terminata, & ex tūc habeat omne beneficium & omnem terminum & omnem diminutionem & remissionem, sicut habebat in tempore appellationis emissæ.

¶ Quod nullus officialis debeat cōmittere punctum quæstionis alicuius ante vel post diffinitiuam sententiam. Rub. XX.

Vt officium appellationis curiæ generalis rectoris vtiliter conseruetur ne remedium appellationis appellare volentibus auferatur. Statuimus q nullus rector vel officialis alicuius terræ prouinciæ possit vel debeat cōmittere pūctum aliquem quæstionis principalis vel incidentis post diffinitiuam sententiā vel ante super quocunq grauamine, vel interlocutoria totaliter seu in partem aliquo tempore cum prædicta sæpe fiant vt appellationis remedium litigantibus auferaē. Et si qua cōmissio decætero facta reperiretur contra formam præsentis constitutionis per aliquos rectores seu officiales alicuius terræ: ipsa cōmissio & quicquid sequtur ex ea nullius sit momenti, & officiales qui fecerint dictam cōmissionem suo officio sint ipso iure priuati, & nihilominus in centum floreñ. auri condēnentur.

¶ De pœna innouantium vel aliquid facientium contra appellantes siue volentes appellare ad curiam generalem prouinciæ. Rub. XXI.

Cum iter cætera superioritatis præciosa iocalia illud existat nō imerito arduū appellationis officium: per quod superior possit iniustitias aliorū minorum

iudicũ debita emendatione corrigere, ſubditis & oppreſſis in eoꝝ iuribus ꝓbere op
portuna remedia, & inferior gradus meritũ ſuperioris agnoſcat. Quũq; huic ſingu/
lari officio, quod ſpãliter ad Ro. eccleſiã, & officiales ad id per ſedem apoſtolicã,
aut eius auctoritate ꝑ eccleſia deputatos ſolos non eſt dubiũ pertinere multi diuerſi
mode conantur detrahere, & ipſum vtile ac neceſſarium offm̃ deſtruere, vel ſaltem
exterminare, intantum vt ſm̃ intentionem eoꝝ temerariam ad nihilũ deducatur.
Aliqui eligendo capitaneum, ſiue aſſumẽdo exgrauatores: ſindicos, ſiue cuiuſcunq;
generis vel nominis officiales, vel arbitros, vel cõſultores qui cognoſcant de appel
lationibus vel iniuſtitiis, iniquitatibus: ſiue grauaminibus qbuſcunq;, aut per viã cõ/
ſilii exgrauentur, ſiue reformentur. Alii ſtatuendo vel ordinãdo ꝙ ante ſniam vel gra
uamen: aut poſt de ſuper quibuſcunq; ſententiis ſiue punctis cõſiliũ ſapientis, vel ẽt
factũ vel ordinatum de dando ꝯſilium hmõi ſapientis quomodolibet obſeruando.
Alii ſtatuẽdo vel ordinando, ꝙ a ſentẽtiis vel grauaminibus iudicialibus, vel extraiu
dicialibus ſimpliciter vel generaliter, vel a certo genere grauaminũ, aut in certis ge
neribus cauſaꝝ, vel ſniaꝝ arbitroꝝ vel laudoꝝ, appellari ſiue reclamari non poſſit.
Alii q ꝓtendunt ſe habere priuilegium ſedis Apoſtolicæ iuriſditionẽ primaꝝ appel/
lationum, ſtatuendo vel ordinando generaliter: aut in quibuſdam ſententiis, graua
minibus: ſiue cauſis, ꝙ prima appellatio non fiat, aut impediatur, per quod ſequitur
ꝙ impedita aut prohibita prima, ſiue qũolibet vulnerata, paratur ꝓiudiciũ, ſiue via
ꝓcluditur ẽt in ſecũda deuoluenda ad curiam Ro. vel generalem ꝓuinciæ. Alii ſta/
tuendo ſiue ordinando ꝙ parte appellãte ſiue ꝓuocata ad Romanã vel generalẽ cu
riam fiant expenſæ cãæ hmõi per cõe vel aliam perſonam, vel defendantur in dictis
cauſis expẽſis cõitatum: vel alioꝝ locoꝝ: aut per aduocatos: ſiue ſindicos cõitatis ali
cuius qui patrocinarent in cauſis illius cõitatis ſalario vel expẽſis. Alii ſtatuendo vel
ordinando: ꝙ nullus ſcribat prouocationes, ſiue appellationes hmõi, vel ſcripturas
exhibeat. Alii ſtatuendo ſiue ordinando, ꝙ nulla perſona exeat terrã illã ꝗcunq; vel
eius territoriũ ſine licẽtia Prioꝝ, vel cuiuſcũq; officialis, vt p hoc artẽt appellantes ſi
ue ꝓuocantes ꝓdictos, ne ad dictas poſſint accedere curias ad quas appellant, ſiue ꝓ/
uocant, ſiue appellare vel ꝓuocare intendunt. Alii capiendo & detinendo perſona
liter, ſiue carcerando appellantes: ſiue appellare volentes: vel eoꝝ aſcendentes, vel
deſcendentes, cõſanguineos, vxorem, agnatos, vel cognatos, aut affines vel labora
tores, inquilinos, aut ꝓcuratores, vel negocioꝝ geſtores, aut intimos amicos eorũ,
vel bona ipſoꝝ ſequeſtrando, vel qũolibet capiendo, vt p hoc appellare volẽtes nõ
audeant. Et qui appellaſſent, renũcient, vel appellationes ꝓſequi non attemptent.
Alii terendo tormentis, pœnis, iniuriis, vel minis appellantes, ſiue appellare volen/
tes vt non appellent, vel ab appellatione recedant. Alii vero ꝓcedendo ad vlterio/
ra cãæ poſt appellatiõem emiſſam, vel ad executionem ſniæ poſt appellationẽ vel
ante infra tp̃s quo appellare de iure liceret. Alii poſt appellationẽ nouos inſtituẽdo
ꝓceſſus accuſationis: inqſitiõis, denũciationis, libelli, vel petitionis ciuilis, vel crimi
nalis contra appellantes ſub quocũq; colore vel cã ipſos appellantes, nouis proceſſi
bus implicãtes in eadem cã ſiue negocio, in qua, ſiue in quo appellatur, vel alio ne
gocio, ſiue cã. Alii pœnas in perſonis, vel pecunia ſeu rebus imponendo vel exigen
do, vel domos diruendo, vel vineas, aut arbores deguaſtãdo: aut ipſoꝝ poſſeſſiões
bona ſeu res tolli aut fructari ꝓhibẽdo uel impediendo. Alii offendẽtibus appellãtes
in perſonis vel rebus impunitatem, vel præmium, vel fauorem: vel conſilium polli
cendo. Alii acta, inſtrã: teſtes, iura, vel ꝓbationes ſubtrahendo, vel ne hr̃e poſſint im
pediendo. Nos hmõi malitiis, & ꝓſumptuoſis conatibus vel exceſſibus obuiare con
gruis remediis intendentes. Caſſamus, irritamus, & iuribus vacuamus, ac caſſa & ir/
rita, & nulla nunciamus dicta ſtatuta & ordinamenta: edita & edenda, & ſecuta vel
ſequenda ex eis vel ipſoꝝ occaſione ſiue ꝓtextu. Et dictas ellectiones, aſſumptiones
capitaneoꝝ, officialium, arbitroꝝ ſiue arbitratoꝝ, ſiue cõſultoꝝ, & ſecuta & ſequen
da, ſiue fienda per eos, ſeu ꝓtextu eoꝝ officii: ſeu ipſoꝝ occaſione, & ea & alia quæ/
cunq; ſimilia de capitularibus ſtatutoꝝ, ſeu quorumcũq; ordinamentorum libris &

actis

actis quibuscūq;,mandamus sine tarditate aliqua aboleri, & de cætero vllo vnq̄ ipe
talia vel similia attemptari vel fieri quoquo modo.Prædicta quoq; & alia omnia &
singula fieri aut attemptari penitus ꝓhibemus.Et si fierent,decernimus esse nulla:&
ꝓsumi atq; fingi auctoritate præsentis cōstitutionis omnia & quæcūq; ex prædictis,
uel similia fierent, facta essent contra dictum appellationis officiū : & in fraudem ip
sius officii,& cōtra ipsos appellantes:& contra ipsas appellationes esse penitus inno-
uatum.Cōtrafacientes vero statuta vel ordinamēta prædicta,vel aliquid prædicto-
rum faciendo,pœnis omnibus contentis in ꝯstitutionibus fœlicis recordationis Vr
bani Papæ quarti supra in primo libro hāꝝ constitutionum contentis decernimus
subiacere,& eas incurrere ipso facto.Et nihilominus vltra dictas pœnas cōitates siue
vniuersitates facientes,aut facta tenentes vel cōseruantes statuta prædicta vel similia
vel aliquod p̄dictorum in duobus millibus flor.auri.Potestas vero, aut capitaneus:
seu quiuis alius:qui ipsis statutis auctoritatem vel consensum p̄buerit, aut ea seruaue
rit in mediam pœnam:qua teneretur cōitas seu vniuersitas: in qua gerit officiū pu-
niatur.Alia vero persona singularis talia statuta faciens uel fieri procurans, aut ꝯsen
tiens,uel ad ea facienda uel seruanda præbens auxilium,cōsilium, uel fauorem in cē
tum flor.auri uice qualibet puniatur. Cōtrafacientes aūt faciendo, vel capiēdo,uel
retinendo:aut carcerādo:aut terendo pœnis,tormētis,minis,iniuriis(ut supra dici-
tur)aut p̄dicta fieri mādantes.Siquidem epi:p̄lati,potestates, capitanei,uel alii offi
ciales fuerint,in trecentis floreñ.auri,vel maiori pœna arbitrio iudicis puniantur.
Si aliæ singulares personæ, in ducentis floreñ.auri puniantur. Contrafacientes ue-
ro ꝓcedendo ad ulteriora causæ:aut instituendo nouos processus,vt supra dicitur.
Siquidem officiales,centum floreñ.auri.Si alia singularis persona: i quinquaginta
floreñ.auri puniatur.Sed si ꝓcessum ad vlteriora fuerit executio snīæ,siqdem in per
sona ad mortem vel membri mutilationē:trecentoꝝ floreñ.auri:vel maiori pœna
arbitrio iudicis puniatur.Si vero executio fuerit in persona:minori tñ pœna q̄ mor
tis vel membri,in ducentis floreñ.auri puniatur. Si vero executio fuerit in pecunia
vel rebus,in duplum eius in quo facta fuerit executio soluendum cameræ: puniatur
& executionē in pristinū statum reducere cōpellatur.Contrafaciens uero imponē-
do uel exigendo pœnas in personis uel rebus,uel domos diruēdo,uel uineas aut ar-
bores deguastando,uel bona & res coli & fructuari: prohibendo aut impediendo,
aut offendentibus impunitatem,præmium,fauorem:uel auxilium pollicendo.Siq-
dem grauamen huiusmodi sit in persona,in trecentis floreñ. auri vel maiori pœna
arbitrio iudicis puniatur. Si vero in diminutionem domorum,in quadruplum sol-
uendum cameræ puniat̄.Si aliud grauamen vel damnum sit in rebus, in duplū sol-
uendū cameræ puniatur.Et nihilominus in quolibet dictoꝝ casuum æstimationem
damni:& tantundem dānū passis soluere teneat̄. Subtrahentes vero vel impediētes
acta:instra,iura,testes,vel ꝓbationes(vt supra dicit̄)in duplum æstimationis totius
cāæ,si pecūiaria fuerit cameræ,& similiter parti puniatur. Et si causa fuerit capitalis
in trecentis flor.auri:vel acrius arbitrio iudicis puniatur.Et q̄a propter malitias cōi-
tatum,vniuersitatum,& suoꝝ officialium, & q̄nq; tyrannorum in eisdem vt pluri-
mum nō possent p̄dicta ſm scriptam iuris rōnem probari.Decernimus ꝙ in prædi-
ctis ad plenam ꝓbationē sufficiat:& per iudicem recipi debeat,& admitti:fama pu-
blica per testes idoneos,cum delato a iudice tali appellanti, & ab eo præstito iura-
mento.Et quæ dicta sunt in appellationibus:& appellantium:siue appellare volētiū
causis & negociis,& facientiū vel statuētiū contra eos:simili rōne locum hr̄e decer-
nimus in causis oībus & causantibus & causare volentibus,pertinentibus ad rectorē
ꝓuinciæ uel q̄ñcunq; ipsius iudicē, & ꝓsequentibus & prosequi volentibus eoꝝ iu-
ra q̄ūolibet corā eis,& quocunq; ipsorum,& statuentibus,et facientibus q̄uocunq;
ipsoꝝ prædictorum modorum,et alio simili contra eos. Et vbi per hanc constitu-
tionem non essent in aliquibus casibus determinatæ pœnæ distinctæ ad aliā nr̄am
cōstitutionē locatam supra in quarto libro sub rubrica de pœna impedientium iura
sua ꝓsequentes in curia generali in eo quod hic deficeret:recurratur.

¶ De inhibitione innouationis cōtra appellantes & reuocatione innouatorum in genere & specie. Rub. XXII.

Quia ex innouationibus & malitiis innouantium (vt experientia docuit) appellantibus magnum resultat periculum, & per ꝯsequēs contra eas sit promptius remediū adhibendū. Statuimus ꝙ iudex de quacūq; appellatione deuoluta ad audiētiam rectoris prouinciæ & suoꝝ iudicū cognoscēs ordinarius vel delegatus, possit etiā in prima citatione & in quacunq; parte litis (vt sibi videbit) semel vel pluries, & quotiēs voluerit inhibere ne inouetur appellatiōe pēdēte, & pœnā imponere pro suo libito voluntatis & reuocare attēptata etiā anteq̄ sup causa appellationis pronūciet, & etiam anteq̄ de ea aliquo modo cognoscat, & in quacūq; parte litis voluerit semel & pluries & quotiens voluerit, & possit reuocare in genere & in specie inouata: etiam si non constat sibi de inouatione, & valeat ac si plene de inouatione cōstaret, & in genere & in specie possit reuocatio inouatoꝝ fieri: prout p̄fato iudici, qui de hmōi appellatiōis cā cognitor est, videbit̄ ꝯuenire.

¶ Quod nullus, qui contra appellationem fecerit, audiatur super defensione. Rub. XXIII.

Si contingerit a sententia, vel a grauamine, seu a cōminatiōe, seu interlocutiōe, vel sententia diffinitiua, vel quocunq; actu iudiciali, extraiudiciali aliquē appellasse: & contra appellationem interpositā fuerit aliquid attemptatum, & curia rectoris procederet contra appellationē facientes ille, seu illi, contra quos sic proceditur in eorum defensione: & causa appellationis, contra quam inouauerit, nulla tenus audiatur ante condemnationem de ipsis faciēdam, vel etiam post, nec super ipsa condemnatione facta vel fienda compositionem aliquam audiant procurare petere, nec facere, nec fieri facere: nisi prius attemptata per ipsos contra appellantes ad statum pristinū fuerit reuocata. Et si secus factum fuerit non valeat ipso iure. Et prædicta oia & singula locum habeant solum a tempore quo de inouatione facta fuerit fides, vel per contumaciam eius cōtra quem proceditur: qui non comparuerit in termino citationis, nec infra terminum banni, vel per eius veram confessionem, vel per instrumenta: vel acta publica, vel per testes plene, vel saltem semiplene per alia iudicia, quæ ſm formam constitutionum habeantur pro idonea probatione: vel de iure sufficiant ad torturam. Et de his stetur declarationi iudicis, & ex tunc ex quo declarauerit hæc iudex, habeant locum omnia supradicta: non obstāte ꝙ a tali declaratione contigerit appellari, & parti appellanti exnunc tempora non currant, & nihilominus possit si voluerit in causa procedere, non obstante ꝙ pars aduersa audiri non debet.

¶ Quis cognoscere debeat cōtra innouantes appellatione pendente vel ipediētes appellantes aut eorum fideiussores, aut consanguineos & affines. Rub. XXIIII.

Ad compescendas audacias hoinum inouantium contra appellatos vel appellantes: vel eoꝝ fideiussores, & consanguineos, vel affines: inquilinos, vel colonos, vel eos grauantium, vel impedientium quomodolibet contra formam iuris vel cōstitutionum nostrarum. Et quia quod a pluribus quæritur facilius inuenitur. Statuimus ꝙ de prædictis oibus & singulis & cōtra prædictos possit cognoscere summarie & pure tā iudex de illa appellatione cognoscens siue sit ordinarius siue sit delegatus, q̄ ēt iudex maleficioꝝ curiæ generalis & quilibet eorum in solidum & appellans siue ille contra quem prædicta fierent possit accusare denunciare seu conqueri coram quo voluerit de prædictis.

¶ De diuersis iuribus & ꝯstitutiōibus q̄ debēt in obseruātia præualere. Rub: XXV.

Ad tollendum

AD tollēdum omnem hesitationem & suspitiōis materiam. Statuimus q̄ quotiens iura & constitutiōes seu eorꝫ dispositiones reperirentur cōtraria vel aduersa prius, seruentur ꝯstitutiōes papales locatæ, insertæ & registratæ in pn̄ti volumine. Secundo constitutiones nostræ in eodem insertæ volumine. Tertio cōstitutiones bonæ memoriæ dn̄i Bertrandi ep̄i sabinensis, quas suis locis inter has cōstitutiōes nr̄as interseri fecimus sub cōgruis titulis. Quarto laudabiles & antiquæ cōstitutiones prouinciæ, quæ tn̄ nō sint a iure prohibitæ, nec dictis cōstitutiōibus aduersantes. Quinto iura cōia canonica. Et vltimo iura ciuilia obseruentur.

¶ De robore constitutionum præsentis voluminis & copia ipsarum recipienda per terras. Rub. XXVI.

TAnto maior esse dicit̄ legū auctoritas, q̄to ipsarꝫ editor est maiori potestate dotatus. Cū igitur ex dispositione apostolicæ sedis nō solum plenæ legatiōis sed et Vicariatus sūmi Pōtificis in terris ecclesiæ in partibus Italiæ citra regnū Siciliæ cōsistētibus, gerimus offm̄, & ipsius sūmi Pōtificis in dictis locis & officiis repñtemus personam, plenū robur omnibus cōstitutionibus huius nostræ cōpilatiōis omni auctoritate qua fungimur, ipartimur, mandantes ipsas ab omnibus inuiolabiliter obseruari. Statuimus etiam auctoritate præfata q̄ nulli penitus præter sūmum pontificem, aut eius legatū Cardinalē de latere atq; Vicariū liceat ipsas cōstitutiōes cum omni studio atq; maturitate pro honore ecclesiæ & suorum officialiū & statu prouinciarꝫ & terrarꝫ ecclesiæ adiūctas & reformatas & incōuenientiis omnibus & cōtrariis expurgatas, & in vnū collectas, & sub debitis titulis collocatas: aut ipsarꝫ aliquā, aut earꝫ effectū, aut tenorē in totū vel in partē tollere, aut mutare, aut eis in aliquo derogare, aut eis audeat in aliquo cōtraire. Et ipsæ ꝯstōnes oibus sint patētes & notæ, & nullus ab earꝫ obseruantia ptextu ignorātiæ valeat excusari: easdem in parlamēto publico, quo ipsas edidimus, & firmauimus, legi fecimus: & publice diuulgari. Et nihilominus volumus, & districte præcipimus q̄ oēs & singuli rectores thesaurarii dictarꝫ puinciarꝫ: & etiam omnes & singulæ cōitates magnarū, & etiā maiorꝫ terrarꝫ dictorū locorꝫ sub pœnis interdicti, & in ipsas cōitates & excōmunicationis in eorum officiales quas incurrāt ipso facto, & mille florenorum auri pro qualibet: copiam omnium & singularum constitutionum in præsenti volumine cōtentarū infra duos menses imediate sequentes recipiant integre & perfecte, & demum infra x. dies post dictos duos menses sequentes ipsas in eorū parlamento publico, vel saltē in cōsilio generali integraliter publicari & exponi faciant in vulgari, & in libris statutorum suorum scribi & inseri faciant, in ipsis libris cōtinue permansuras, & de publicatione huiusmodi per instrumentum publicum infra quinq; dies extunc sequentes reddant nos vel rectorem prouinciæ certiores.

¶ Expliciunt constitutiones generales sanctæ matris ecclesiæ.

¶ Incipiunt quædam constitutiones nouæ.

¶ De executoribus non mittendis pro debitis priuatis & cassatiõe ipsorum. Rub. I.

Gidius eps Sabinēsis aplicæ sedis legatus: & dñi nostri papæ vicarius. Constitutionē illā situatā in secundo libro constitutionū nostrarum, quæ incipit. Executorum multitudinē, in melius reformātes. Statuimus (vt executorum voragini occurratur) q in nullo casu aliquis executor mittatur pro debito priuato alicui. Pro maleficiis vero & delictis pro camera mitti possit executor cū limitatione q sequitur, videlicet, pro maleficiis & delictis mittatur executor expēsis delinquentium & malefactorum: quorum causa mittitur, & de bonis ipsorum soluatur executori iā dicto, si soluēdū fuerint. Alias si dicti malefactores seu delinquētes nō habuerint tot bona quot eis possit satisfieri ipsi executori, in eo casu satisfiat per cameram & expensis cameræ missus esse intelligatur.

¶ Constitutiones domini Albanensis.

¶ Pro quibus maleficiis debeant iudices equitare. Rub. II.

Anglicus miseratione diuina eps albanensis terrarum & prouinciarum sanctæ Romanæ ecclesiæ citra regnū siciliæ in Italia consistentiū vicarius generalis. Ad perpetuam rei memoriam, vt grauaminibus & oneribus nimiis, quæ præsertim prouinciæ Marchiæ anconitanæ cōitatibus ob iudicum curiæ generalis & præsidatuum frequētes caualcatas seu andatas: quas, & sæpius ēt pro causis leuibus faciūt, inferant. Pñti cōstitutiõe inhibemus districtius ne decetero aliquis ex iudicibus seu officialibus prælibatis ad inquirēdū de aliquo crimine vel excessu, præterq de rebellio ne seu tumultu homicidio latrocinio seu publica derobatione: stratarumq fractione monetarum seu bullæ apostolicæ falsificatiõe, ac monialiū seu aliarum honestarum mulierū raptu equitet, seu eqtare valeat quoquo mō nec ēt in his. Exceptis casibus supradictis nisi eū licētia rectoris pdicti liceat eqtare, circa quā licētiā cōcedēdā idē rector opportune cautelæ remediū sic studeat adhibere q nec ēt in casibus ipsis, nisi vbi, & qū facti certitudo seu famosa insinuatio & circūstantiū exaggeratio id requirat licentia hmôi cōcedatur. Prouideāt nihilominus iudices prælibati: vt cupiditas forsan obtētu notarios & famulos p rationabilibus & necessariis casibus, propter quos iuxta formā constitutionū sup hæc editarum hoc promittit seu mādatur eisdē, aliquo modo transmittat: quodq nedū ipsi notarii, sed nec iudices prælibati aut aliqs eorum quot in casibus equitauerint vltra tres dies absq dicti rectoris licentia speciali expssa nequeant imunire. Quicunq vero in aliquo istorum casuum cōtrafecerit ad restituēdū quiequid ex hoc habuerit seu potius extorsit incessante difficultate qualibet cōpellatur & nihilominus ad quadruplum cameræ apostolicæ condēnetur.

¶ Quod iudex spiritualium contra vsurarios possit per inquisitionem procedere. Rub. III.

ITem q vsurariorum cautelis cū magna difficultate reparari possit & vt pro salute animarum inquantum possibile sit prouideatur. Pñti lege, statuimus & ordinamus q iudex in spiritualibus curiæ generalis possit pcedere & inquirere cōtra quoscunq vsurarios & repertos culpabiles punire in vigintiquinq ducatorum pro quolibet & qualibet vice qua vsurariā exercuerit prauitatem. Et si fuerit publicus & manifestus vltra prædictā puniatur in aliis pœnis in constitutione contentis p qualibet vice q fuerit contrafactū. Addimus tñ q ad probandum cōtra dictos vsurarios sufficiāt ēt quatuor testes q vsuras soluerint. Pauciori aūt numero. Ex dictis testibus qui vsuras soluerint credatur concurrentibus aliis adminiculis procedēdo in prædictis per inquisitionem & denunciationem sūmarie sola facti veritate inspecta.

¶ Contra

¶ Contra blasfemantes Deū, & Beatam virginem & iurātes, Rub. IIII.

Item φ blasfemantes Deū, & Beatam virginem vel iurās per membra pudibūda Dei & Beatæ virginis. xxv. ducatorum pœna vice qualibet puniatur sine diminutione. Etiā liceat vnicuiq; denūciare, & accusare, nec ad talionis, vel etiā extraordinariam pœnam subscribere teneatur, & teneatur secretus: & habeat quartam partem pœnæ: quā pœnam si infra decem dies non soluerit per totam terram: in qua curia resideret, nudis carnibus frustigetur: & nihilominus carceribus p duos menses religet. Dicentes aūt per dispectum aut aliud simile imediate dictæ pœnæ: si ne aliqua diminutione puniātur & accusari possint vt supra, & quarta det vt supra:

¶ De viaticis iudicum: Rub. V.

Item constitutioni de viaticis iudicum. ¶ In qua quidem addimus & illā declaramus: vbi loquit de florenis duobus auri sint & esse intelligantur de florenis duobus monetæ ad bolonenos quadraginta, pro singulo floreno.

¶ De executoribus & executionibus. Rub. VI.

Item constitutioni de executiōibus & executoribus, quæ incipit executorum. ¶ Addimus ad declarationem prouincialium, vt quāminus fieri potest grauentur per ipsos executores: vt ipse executiones a quinq; florenis infra fieri possint per ipsos executores: & etiam per Notarios in eadem curia degentes, dummodo ipsi Notarii, & executores non possint secum ducere famulos nec equites: nec pedites: ac etiam φ ipsi Notarii & executores: & quicunq; alii non possint nec valeant sibi solui facere, nisi executionem ipsam cum effectu fecerint. Et dicti Notarii & alii executores habere debeant bolonenos sexdecim, pro qualibet die & nō vltra, sub pœna excommunicatiōis, & dupli eius quod acceperit. Nec bayuli ipsi possint executiones facere, nisi pro quantitate duorum ducatorum dumtaxat & habere debeant, si executionem fecerint cum effectu: bolonenos octo: pro qualibet die, sub pœnis prædictis & non vltra. Et φ ipse executiones debeant fieri expensis mittētis præterq; in executionibus fiendis ad petitionem curialium, in quibus ipsorum priuilegia & immunitates hactenus obseruatas, & per constitutiones concessas seruari volumus.

¶ De bannitis & condemnatis. Rub. VII.

Item de bannitis & condemnatis, pro maleficio in quarto libro, quæ incipit: Quia non decet, applicando constitutionem ipsam. Statuimus & ordinamus præsentem constitutionem quo ad ipsius prohibitionem & pœnam locum sibi vendicare: in quibuscūq; condemnatis pro maleficiis, cuius pœna esset capitalis per quoscūq; Rectores, Potestates, Capitaneos, & officiales alios Ciuitatum & locorum prouinciæ Marchiæ auctoritatem habentes: habita tamē scientia illos tales fuisse & esse capitaliter condemnatos.

¶ De responsione fienda capitulis. Rub. VIII.

Item constitutioni de rñsione fienda positionibus in quinto lib. Quoniam experientia docuit propter absentiam partiū principalium hñtium rñdere positionibus in modum retardatur expeditio causarū. Addendo volumus φ productis pro positionibus debeat pars citari ad instātiam pducētis, & eo die debeat dari terminus per iudicem sm distātiam loci suo arbitrio assignādus ad citandum, & si facta prima citatione procurator partis aduersæ voluerit rñdere dictis ppositionibus

dũmodo ante cõmissionẽ secundaꝝ litteraꝝ possit & valeat respondere ac si esset
principalis. Et ad ipsas responsiões faciẽdas auctoritate huius nostræ ꝯstitutionis &
additionis intelligatur habere sufficiens & speciale mandatũ & imediate ꝙ obtule/
rit se respondere teneat, si vero nõ responderit tũc vlterius nõ admittat, sed mittã
tur secũdæ lĩæ cũ termino vt supra cũ effectu in ꝯtõne cõtẽto. Et quõcũq cõtinge/
rit rñdere rñdeat p verbũ credit vel nõ credit simpliciter sine aliquo adiumento &
quod responsum fuerit per principalẽ, corrigi nõ possit p procuratorẽ: nec p ipsum
principalẽ nisi aliud ipsi iudici de causa cognoscẽti pro qualitate & simplicitate res
pondentis obseruandũ visum fuerit: cuius cõscientiã oneramus stãte iudice tẽpore
responsionis ad bancum vel in alio loco anteq̃ iudex recedat de loco responsiõis.

¶ Bulla Sixti Pontificis quarti, super reformatione cancellariæ, Legati, Rectoris, &
Thesaurarii: & obseruatione cõstitutionum, & ꝓhibitionũ sportulaꝝ, & non vi/
sitando terras, nisi semel, aut bis ex causa & ꝓhibitione cõmissionum causarum
aliisq̃ ordinariis & ꝓhibitis Legatis, & Gubernatoribus, vt nõ elligi faciãt aliquẽ
de suis ad aliquod officium durante eorum officio, & post annum post finitum
officium, & nõnullarum aliarum prouisionum. Rub. IX.

SIxtus Eps seruus seruoꝝ Dei, ad ppetuam rei memoriã. Et si de cũctoꝝ Christi fi
delium ꝓsperis successibus, & assuetæ pietatis officio cogitare teneamur. De
incolaꝝ tamen ꝓuinciaꝝ, ciuitatum, terraꝝ, castroꝝ, & locoꝝ tẽporali domi/
nio Ro. ecclesiæ imediate subiectaꝝ prospero & felici regimine tanto ꝓpensiorem
curam gerere, & ad illoꝝ regimen deputatoꝝ pro tpe officialium vitã ritus & mo
res solertiori cura ordinare debemus, quãto illoꝝ cura specialius imediate digno/
scitur esse commissa. Nosq̃ eos vtpote peculiares dictæ ecclesiæ filios p̃cæteris geri
mus in visceribus charitatis. Dudũ siquidẽ cum ad aures nr̃as peruenisset quod nõnul
li ex p̃sidentibus ꝓuinciis, ciuitatibus, terris, castris: & locis p̃fatæ ecclesiæ immedia
te subiectis, & in eis magistratus pro nobis & eadem ecclesia gerẽtes, ac alii officia/
les ꝓpriæ salutis obliti, variisq̃ affectibus p̃pediti, nonnulla cõmittere nõ expauerãt,
quæ in obprobrium p̃fatæ ecclesiæ, ac subditoꝝ nostroꝝ dãnum pariter & iacturã
redũdare noscebãtur. Nos tunc nõnullos viros ꝓbos ex multis ellectos: sindicos, &
cõmissarios ad inquirẽdum de vita moribus & regimine gubernatoꝝ, & alioꝝ of/
ficialium quorũcũq in ꝓuinciis, ciuitatibus: terris, castris, & locis p̃dictis quæuis of
ficia exercẽtium & quocũq noie nũcupatoꝝ: ac quauis dignitate & honore fungẽ
tium & audiẽdum quærelas oium & singuloꝝ de eis palã vel secrete cõqueri volẽ/
tium: & nobis quæ inuenirẽt fideliter referendũ, ad vniuersas ꝓuincias, ciuitates: ter
ras, castra: & loca p̃dicta duximus destinãdos. Ex quoꝝ post modũ relatione fideli
cognouimus legatos etiã de latere, gubernatores, Potestates: Rectores, & alios offi
ciales tũc & pro tẽpore deputatos in ꝓuinciis, ciuitatibus, terris, castris, & locis p̃di
ctis in multis a iure cõi, & tradita eis norma: forma, & ordine per ꝓuinciales consti
tutiones a sũmis pontificibus prædecessoribus nostris & legatis, qui in prouinciis
ipsis pro tempore fuerint, circa suorum officiorum executionem deuiasse & deuia
re, prout nobis relatum fuerat ante missionem sindicorum eorũdem. Cupientes
igitur emendatis præteritis ne talia perpetrentur imposterum pro posse opportu/
num adhibere remedium. Hac salubri in perpetuum valitura constitutione statui/
mus & ordinamus ꝙ qui nunc sunt, & pro tempore erũt in prouinciis, ciuitatibus,
terris: castris, & locis prædictis, deputati legati etiã de latere, Gubernatores, & eoꝝ
locatenentes teneantur: & debeant firmiter & inuiolabiliter obseruare, & quãtum
in eis est per alios ad quos spectat tenaciter obseruari facere omnes & singulas pro/
uinciales constitutiones prædictas a summis pontificibus prædecessoribus nostris,
ac legatis (vt præfertur) æditas. Et dudum per bonæ memoriæ Egidiũ Epm Sabi/
nensem in eisdem prouinciis: ciuitatibus, terris: castris, & locis apostolicæ sedis le/
gatum vnum volumen in sex libros distinctum collectas & redactas cum additio/

nibus

nibus, modificationibus, & correctionibus quæ desuper emanarunt a bonæ memoriæ Gabriele tituli Sancti Clementis p̃sbytero Cardinali, & inclito ep̃o albanẽsi, ac Philippo ep̃o portuensi: tunc tituli Sanctæ Susannæ præsbytero cardinali, & Iohãne tituli sancti Clemẽtis ẽt p̃sbytero Cardinali in prouincia nostra Marchiæ Anconitanæ, dictæ sedis successiue legatis, & a nobis, nostrisq; successoribus Romanis Põtificibus pro tpe emanabunt, & præsertim sub quintadecima de ꝓhibitione compositionis super homicidio, & sextadecima imediate sequenti de ꝓhibitione cassatiõis ꝓcessuum siue thesaurario: ac decimaoctaua, ꝙ nullus gratis ad instantiam alicuius officialis debeat aliquid portare in primo. Necnon sub quarta de vita & honestate, ac habitatione rectoris ac suoꝝ officialium: maxime dum inhibet officialibus, ne vltra exigentiam victus victualia emant a subditis. Et cum nostris modificationibus, infrascriptis sub vndecima. de officio & mercede notarioꝝ cameræ rectoris, & sigillo. ac tertiadecima de solutionibus notarii thesaurarii. Necnon quintadecima de sigillis pertinentibus ad bancũ & eorum solutionibus. in secundo libro dicti voluminis. Et sub vndecima. de mercede notariorum perscriptores. Et vltima cõtra homicidas rubricis interdicti Iohãnis legati additiones collocatæ fuisse noscunẽ, & quæ contra eosdem homicidas a sanctæ memoriæ Pio secundo, & Paulo etiam secũdo Romanis Pontificibus p̃decessoribus nostris, & ab eodem Paulo p̃decessore super prohibitione receptionis munerum, & remissione pœnarum, ac demum a nobis super prohibitione reiterationis, visitationis prouinciarum, & receptiõe procurationum rõne visitationis hmõi, ac sportulaꝝ pro causaꝝ decisione emanarunt litteras & constitutiones. Et de his omnibus (vt p̃fertur) obseruandis & obseruari faciendis firmiter legati de latere in nostris. Reliqui vero gubernatores & eorum locatenentes p̃sati iam deputati, & officia sua exercentes infra mensem post publicationẽ præsentium, & in posterum deputandi anteq̃ officia eorum incipiant exercere in Romana curia p̃ntes per seipsos: absentes vero per legitimum ꝓcuratorem ad hoc speciale mandatum habentem in camera apostolica diebus quibus camera tenetur, sedentibus ibidem camerario, & prælatis, præsidentibus, ac clericis eiusdem cameræ præter solitum, quod ꝓpterea non omittatur specifice. Et nominati in eiusdem camerarii, seu vicecamerarii, vel locũtenentis manibus præstare teneantur & debeãt iuramentum, ac idoneos fideiussores. Et si illas transgredi comperti fuerint præter periurii reatum excõis latæ sententiæ pœnam eoipso incurrant, a qua p̃terq̃ in mortis articulo cõstituti ab alio q̃ a Romano põtifice proprio ore specialiter errorem suum detegendo, nequeant absolutionis beneficium obtinere. Et quia nõnulla sæpe occurrunt, super quibus per easdem constitutiones non videtur esse sufficienter prouisum constitutione collocatæ in eodem primo libro, sub Rubrica. De non exercendo officium in terris ecclesiæ vbi requiritur confirmatio per rectorẽ, nisi fuerit confirmatus. Et dictæ constitutioni secundi libri sub Rubrica quarta. De vita & honestate, ac habitatione Rectoris & suorum officialium: dum prohibet familiares rectorum & gubernatorum familiaritate durante, & ea finita infra annum ad aliqđ officium assumi. Eadem auctoritate adiicimus, ꝙ legati, rectores: & gubernatores p̃fati ab his qui pro tempore electi, assumpti, vel deputati fuerint ad aliqua officia, aut aliis pro eis etiam sponte soluentibus: & offerentibus directe vel indirecte electiones eorum fieri procurando, vel ẽt ꝯfirmationes malitiose deferendo: seu illas confirmando, nil vltra recipiant, aut recipi permittant: q̃ per constitutiones sit permissum: nullamq; super participatione de ipsorum officiorum salario & emolumẽto pactionẽ iniant, aut iniri permittant per quoscunq; præsertim domesticos familiares suos sub eadem excõmunicationis sententia (vt præfertur) incurrenda constitutioni non p̃dictæ primi libri: sub rubrica De officio & mercede notariorum cameræ rectoris & sigilli. Eadem auctoritate adiicimus, ꝙ pro litteris supplicatiõum siue rescriptis super saluoconductu moratoria, aut securitate quacunq; ciuili vel criminali negocio pro singula persona per quatuor beiochos. Et si plures fuerint personæ vltra primã, pro qualibet p̃sona vnũ beiochũ: dũtaxat recipiãt dũmodo in to-

tum quotcũq; sint personæ vltra q̃ decem & octo beiochi non exigantur ab eisdẽ,
nec fiant malitiose pro singulis, maxime vbi pro eodem negocio eis conceduntur
induciæ. Pro litteris autẽ represaliaꝶ soluatur medietas eius quod cõtinetur ꝯstitu
tione prædicta. Et pro litteris ac singulis cuiuscunq; præcepti: non quatuor anconi
tani vt in constitutione continetur, sed sex beiochi exigantur. Et tãtũdẽ pro littera,
rescripto, mandato, præcepto & sigillo, quod supersedeatur in aliquo processu. Et
similiter pro littera & sigillo mandati ꝙ tollatur processus cõtra singulatẽ personã
factus, & si contra plures esset, pro quolibet vltra primum vnus beiochus exigatur,
ita vt quotcunq; sint vltra q̃ decem & octo beiochi pro omnibus non recipiantur,
siue vna, siue plures lĩæ fierent pro eisdẽ. Et si cõtingat in eadẽ causa plura rescripta
emanare facta solutione pro primo, pro reliquis & eoꝶ singulo nil soluatur. Et quia
circa contẽta in ꝯstitutione secundi libri prædicti sub rubrica de viagiis iudicũ offi/
cialiũ & maioꝶ cõmissionũ salaria vt accepimus frequenter excedũtur. Inhibemus
legatis, gubernatoribus, rectoribus, & locatenentibus prædictis sub eadẽ excõis latæ
sniæ. pœna (vt ꝓfertur) incurrenda: ne pro causis & negociis, pro quibus viagia cõ/
cedi cõtingerit pro tẽpore iuxta constitutiones mittere præsumant alios q̃ iudices
generalis curiæ, ad quos rõne suoꝶ officioꝶ quæ obtinent, pertinet cognitio cãrũ
& negocioꝶ eorũdem, nec de prouẽtibus viagiis hmõi quicq̃ sibi & suis appropria
re directe vel indirectæ quouis quæsito colore præsumant, faciantq; cõstitutionem
ipsam & de sup factã a dicto Iohãne Cardinali declarationẽ quo ad salarioꝶ exinde
prouenientiũ, solutionem firmiter obseruari. Et vt cõpositiones & mandata de sup
sedendo super processibus criminalibus oium corruptelæ (suspitione cessante) ꝓce
dãt. Dicta auctoritate statuimus & ordinamus illa nullius eẽ debere roboris vel mo
menti, nisi consentiẽte thesaurario prouinciæ pro tẽpore existẽte emanuerit, & for
ma cõstitutionis secũdi libri prædicti sub. xlvii. rubrica de cõpositionibus sup male/
ficiis seu ꝓcessibus & cõdẽnationibus seruata fuerit in eisdẽ. Nec liceat de cætero le/
gatis, gubernatoribus, & locatenentibus prædictis prouenientes ex criminibus & de/
lictis quibuslibet pœnas & mulctas ad alterius q̃ thesaurarii manus, & sub colore de/
positi ad finẽ illas cõuertẽdi in reparationẽ edificioꝶ vel aliũ vsum facere quõlibet
ꝯuenire, sed etiã si exponẽdi in alios vsus hmõi licẽtiã & facultatẽ haberent: eas per
manus thesaurarii recipi & exponi facere caueantur sub pœna dupli eius, ꝙ aliter de
poni vel solui contingeret per thesaurariũ, de eiusdem contrafacientis salario reti/
nenda abstineant. Præterea legati gubernatores & locatenentes præfati penitus a
cõmissione & delegatione quarũcunq; causaꝶ in prima illaꝶ instãtia iuxta nostraꝶ
prædictaꝶ continentiam litteraꝶ, & etiam in secunda quotiens ad illas audiendũ
in loco esse cõtigerit ordinarios iudices deputatos, nisi in prima instantia supplicã/
tis personæ miseria, siue debilitas, & aduersarii potentia id exposcat, & in secunda
instantia ad ipsos contingat appellari. Quibus casibus causas ipsas delegent illis dũ
taxat iudicibus, qui illas essent, ordinari in eisdem, nequeantq; delegati ipsi tunc de/
legationis huiusmodi prætextu aliquid emolumenti a colliitigantibus exigere vel
habere, etiam quantum licite eis alias prædictas litteras nostras seu alias dicetentur
concessum. Nec similiter ipsi legati gubernatores, & locatenentes aliquid petant
pro cognitione & decisione causarum, quæ eis per sedem præfatam in quauis in/
stantia cum earum aduocatione a iudicibus, coram quibus sunt introductæ, vel si
ne alia pro tempore delegantur, seu alias ex quauis causa remittuntur ad eos. Et vt
prædictæ tam nostræ q̃ prædecessorum cõstitutiones ac oĩa in præsentibus litteris
contenta eo firmius obseruentur, quo sæpius fuerint publicatæ. Eadẽ auctoritate sta
tuimus, ꝙ legati, gubernatores, & locatenẽtes prædicti nũc & pro tẽpore existẽtes
in supradicto volumine prædecessorum, & nostras prædictas & præsentes litteras
inseri & describi: cõuocatisq; officialibus, & curialibus curiarum suarum, ac populi
multitudine constitutiones ipsas necnon litteras prædictas annis singulis Kallendis
mẽsis octobris cuiuslibet anni publice & intelligibili voce de uerbo ad uerbum le/
gi faciant & publicari. Ne autem gubernatores quos dicta sedes nonnunquã nõ in

prouinciis:sed in vrbe,specialibus ciuitatibus,terris,& locis deputare cõsueuit, quocunq; nomine deputati,nuucupati,& eorum locatenentes,& thesaurarii,ac officiales in illis pro tempore deputati,a constitutiouum, addirionum:modificationum, ac pdictarum & pñti litterarum obseruatione eo ptextu se excusent, q in ipsis delegatis:gubernatoribus,& rectoribus puinciarum:& thesaurariis, iudicibus, & officialibus in illis deputatis dumtaxat caueatur,illiq; tantum ligentur per easdem dicta auctoritate constitutiones,additiones,modificationes,& litteras pdictas, ac oia & singula in eis côteuta ad vrbem:ciuitates,terras,& loca specialis cõmissionis, & in illis nũc & pro tempore deputatos vicecamerarium:gubernatores,thesaurarios:potestates, iudices:& officiales quatenus ad eos adaptari possint,absq; tñ piudicio statutorum & ↄsuetudinum vrbis,ciuitatum:terrarum,& locorum spãlis cõmissionis hmõi,& illorũ cõitatibus,& vniuersitatibus concessorũ:indultorum quorũlibet,quibus aliis nõ derogetur.Extendimus,& volumus,ac mandamus illas in eisdem vrbe, ciuitatibus,terris:& locis specialis cõmissionis,sicut in prouinciis firmiter obseruari sub censuris & pœnis contentis in eisdem:non obstantibus pmissis & aliis apostolicis constitutionibus:indultis,priuilegiis:& litteris,quibus quatenus contẽtis,in pñtibus litteris cõtrarientur:specialiter & expresse derogamus,cæterisq; contrariis quibuscunq;.Nulli ergo oino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinatiõis,adiectionis,iubibitionis,extensiouis,mandati,derogationis,& voluntatis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei:ac Beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ M.cccc.lxxviii.tertio kal.Iunii.pontificatus nostri anno.vii.

¶ Bulla Sixti Papæ quarti Pontificis maximi contra homicidas. Rub. XII.

Sixtus eps seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Deo & hominibus abhominabiles esse viros sanguinum Propheta testatur. Nec immerito cũ horrenda sæuitia,nõ solum corporum,sed etiam animarum eorum,quas interimũt, si non sint armis spiritualibus(diuina præueniente gratia) præmuniti pcurare noscant,pro quibus dñs noster Iesus Xps mortem subiit temporalem. Ad reprimendum igitur talium conatus nepharios:plurimum conferre arbitrantes eos: qui hmõi detestabile scelus patrare non expauescunt iustitia scientes puniri, & latas pro tẽpore cõtra eos cõdemnationes debitæ executioni demandari ea,quæ p talium condẽnationum faciliori executione,& siccariorum hmõi persecutione a pdecessoribus nostris pinde emanarunt,& eo firmius obseruentur quo fuerint sæpius apostolica auctoritate munitæ:libenter approbãtes munimine roboramus. At alia desuper statuimus,prout in dño cõspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per fœlicis recordationis Pium papam.II.pdecessorẽ nostrum accepto,q a certis annis tũc elapsis citra in terris,locis:& tenimentis Ro.ecclesiæ mediate vel imediate subiectis,q plura ẽt ex leuibus causis cõmissa esse reperiebantur homicidia.Idem pdecessor attẽdens crimen hmõi inter alia esse,pernitiosum & detestabile: & iuxta canonicas sanctiones debere graui aiaduersione puniri,& tanto seuerius puniendũ & extirpandũ fore,quanto manifestius cognoscebatur:q ex eo plurimum scandali: & mala plurima subsequebantur,ac cupiẽs q eiusdem ecclesiæ mediate vel imediate subiecti pacifici forent: & modesti, & terras:ac loca prædicta siccariis expurgare. ¶ Inter alia statuit & decreuit:q omnes illi qui pro delicto huiusmodi forent condemnati, seu alias de ciuitate aliqua:seu districtu ipsius,banniti non possent ad ciuitatem, seu districtum huiusmodi quocunq; tempore redire,seu in eis vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab heredibus vel consanguineis, seu filius ipsius occisi. Nec legatus ẽt de latere:aut gubernator qui pro tempore foret,vel quiuis alius posset auctoritate apostolica,seu ex officio suæ legationis aliquem homicidã,seu exbãnitũ rebandire:& reducere seu reuocare ad ciuitatem vel districtũ, aut eorum alte-

rum,seu ei licentiam,vel saluũcõductũ cõcedere, seu morandi, & eis vel eorũ alteri
in perpetuũ,vel tp̃s modicũ,siue magnũ,nec ẽt ad diẽ vnũ siue noctẽ.Q. d' si secus p
quemcũq; ipsis p̃dictis factũ foret,ipso facto in pœnã excõis sine vlteriori sñia decla/
rationis,a qua per aliũ q̃ sũmum Pontificẽ,& tunc facta de hoc spãli exp̃ssiõe, nõ pos
sit absolui. Ac licentia,reductio,reuocatio,saluus cõductus, & cassatio ꝓcessus & bãni
hmõi essent ipso iure nulli,nulliusq; roboris vel momenti.Incideretq; ẽt & in pœnã
ducatorũ mille,cameræ apostolicæ applicañ. quã Thesaurarius,cui hoc secrete vel
publice fuerit relatum vel denunciatum,retineri faceret & mandaret super hoc ex/
pectato seu requisito superioris mandato,ꝙ si non faceret ipse Thesaurarius eãdem
sñiam excõis ipso facto cũ eisdem qualitatibus incurreret,ipseq; sic rebannitus, redu
ctus,siue quocunq; alio modo reuersus posset & deberet capi,detineri, & incarcera
ri,& de ipso ſm sñiam cõtra eum latam iustitia fieri per Gubernatorẽ:Ptãtẽ,& alios
officiales ad quos spectaret & pertineret incõtinenti sine vlteriori licentia, notifica
tione,& reqsitione superioris vel alterius sub pœna ducentorũ ducatorũ auri: came/
ræ p̃dictæ applicañ.quam Thesaurarius p̃fatus simili modo & forma : ac sub simili/
bus censuris faceret retineri.Et ꝙ quæcunq; appellationes interpositæ vel interpo/
nendæ ab hmõi,vel aliis sententiis siue grauaminibus cõtra homicidas latis, vel a p
cessu contra eũ facto.Et si lis vel instantia super eis pendere,& inhibitiões vigore ip
sarũ emissæ forent per auditorẽ,vel alium quemcũq; ordinarium vel delegatũ eẽnt
nullæ & inualidæ:nec ad vlteriora super eis & ipsarũ vigore ꝓcedi posset aut debe/
ret.Quinimo appellatiões,lites,& cãæ hmõi censerent aduocatæ extinctæ & inua
lidæ.Nec ptãtes vel alii officiales quibus inhibitũ foret mandatis:& inhibitionibus,
litis pendentiis,cẽsuris,& pœnis in eis cõtẽtis astringerent:imo tenerent, & deberẽt
ad executionem sñiarum latarũ ꝓcedere.Posset tñ in casibus a iure vel statu permissis
appellari ad gubernatorem ciuitatis seu ꝓuinciæ:qui infra mensem cãm diffinire te
neretur.Quo elapso appellatio,inhibitio,& instantia super eis eẽt nulla , & libere si
ne impedimẽto posset fieri executio sñiæ vel banni,ac si nõ fuisset inhibitũ & appel
latum.Q uodq; bãniti & cõdemnati pp hmõi crimen homicidii censerent banniti
ab oĩbus locis circũuicinis vsq; ad milliaria quinquaginta,intra quæ si reperti forẽt
posset & deberet capitalis sñiæ sine condemnatione pecuniaria executio fieri cõtra
eos per Ptãtes & alios officia'es ciuitatis districtus & loco p̃sidentes sub pœnis pecu
niariis simili forma imponendis.Item ꝙ oẽs & singuli homicidæ, quorũ delictũ no
torium foret,vel de homicidio infamati seu condemnati, etiam si de delicto hmõi
ex forma statuti nõ posset inquiri, vel aliqua pœna imponi,vel ẽt si ipsius delicti vel
pœnæ pro eo interpositæ auctoritate apostolica vel alterius ab ea:vel a Ro.pontifi
ce potestatem habente esset facta remissio,cassatio,ꝓcessus: & sententia annullata:
vel aliis quomodolibet dispensatum per viã gratiæ vel iustitiæ remissionis in toto
vel in parte non possent habere officia vel dignitates quibuscunq; locis: ciuitatibus
& terris,a qbus bãniti forẽt,in qbus domicilium eorũ origines haberẽt, seu alias mo
ram traherent vel residerent,etiam si forent absoluti rebanniti,vel alias eorũ senten
tia,seu condemnatio,siue ꝓcessus irritati, vel alias pro infectis habiti, sed perpetuo
essent infames: & omni officio & dignitate priuati, ne possent ferre testimonium:
nec tabellionatus officium exercere:non admitterentur ad iudicandũ, seu aliquod
officiũ exercendum,& ab omnibus actibus legitimis essent perpetuo suspensi.Quin
immo si hmõi officia acceptarent,exercerent,seu ad ea exercenda admissi forent tã
ipsi q̃ Gubernator,legatus:aut superior,qui eum elligere vocaret, aut ipsum officiũ
exercere,seu ei præesse pateretur pœnã quingẽtorum ducatorũ auri ipso facto incur
reret,& sua gubernatione priuarẽt,nec gesta in iudicio vel extra iudicium,tam per
eũ qui admissus foret ad iudiciũ q̃ per eũ qui illud exercere passus foret de cætero va
lida essent,& robur obtinerent,qnimo essent nullius valoris vel momenti. Et si ec/
clesiasticæ personæ forent sñiam excõis,ipso facto incurrerent sine vlteriori decla/
ratione a qua non possent,p̃terq̃ a Romano Pontifice cum speciali delicti seu omis
sionis huiusmodi expressione absolui.Et thesaurarius cameræ sine vlteriori requisi/
tione

tione:seu notificatione, aut inhibitione, vel monitiõe salarium eisdem, vel alteri debitum retinere deberet, si ab eo deberetur, si vero non deberetur potestati, gubernatori vel alteri, ad quem spectaret ab eis vel eorum altero exigi & satisfieri sub eisdem cẽsuris in eisdem litteris, quam eidem prædecessor per oẽs ciuitates ecclesiæ p̃fatæ publico p̃conio publicari mandauit, plenius continet. Cum aũt sicut nuper accepimus cõtenta in eisdem litteris ab aliquibus tpibus citra non fuerunt obseruata, & ex illoꝝ inobseruantia subditi p̃fatæ ecclesiæ promptiores fuerint ad homicidia committenda, iãq; fere passim quotidie homicidia perpetrant. Et homicidæ p̃fati ideo ad illud cõmittendũ promptiores existant, quia sperant latere & suoꝝ excessuum remissionem consequi facile posse. Nosq; detestabilẽ & horrendã taliũ sicarioꝝ nequitiam ad alioꝝ cautelã opportunis iuris remediis prosequi studio cupimus, indefesso. Habita super his cũ fratribus nostris p̃fatæ ecclesiæ cardinalibus: deliberatiõe matura, & de illoꝝ consilio statuta & decreta p̃dicta Pii p̃decessoris p̃fati. Et put illa cõcernunt oia & singula in dictis litteris contenta: auctoritate apostolica p̃ntiũ tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus: ac volumus. Et p̃fata auctoritate de eorũdem fratrum cõsilio statuimus & ordinamus q̃ cõdemnati hactenus, & quod in posterũ cõdemnari continget vbilibet in ciuitatibus terris, & locis p̃dictis pro homicidio siue vt principalis, siue vt auxilium, cõsiliũ: & fauorem p̃stantes suaꝝ cõdemnationum remissionem: aut contra illos saluũ conductum, & licẽtiã secure in loco patrati criminis vel ei infra quinquaginta milliaria (vt p̃fertur) p̃pinquo nullatenus obtinere possint, ab alio a nobis, & Romano Pont. q pro tempore erit, & alicuius alterius etiam legati de latere remissio nemini suffragetur. Et si forte contingeret nos & eundem Romanum pont. pro tempore existẽtem ad remissiones siue saluumconductũ hmõi p̃cedere talis remissio per p̃occupationem p̃cessisse censeatur, & nemini prodesse possit nisi in illa vere p̃ntium litterarum tenor de verbo ad verbũ, nõ aũt per clausulas id importantes insertus foret specificata & determinata causa exprimeretur, quæ nos & successores nostros induceret ad derogandum p̃sentibus, quæ cum tam matura deliberatione a nobis emanãt non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, & illis quæ idem Pius p̃decessor in dictis suis litteris voluit obstare, cæterisq; contrariis quibuscũq;. Et vt præmissa eo plenius innotescant volumus per Legatos, Rectores, Gubernatores p̃uinciaꝝ ciuitatum, & locorum temporali dominio præfatæ ecclesiæ subiectorum in singulis ciuitatibus & locis legatis cõmissis sono tubæ præmisso publicari, & in registris, quibus talia decreta dictæ sedis sunt solita registrari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, constitutionis: statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare p̃sumpserit indignationem omnipotentis Dei & Beatoꝝ Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Romæ apud. S. Petrum. Anno incarnationis dñicæ. M.cccclxxx. quarto kal. Aprilis Pontificatus nostri anno nono.

¶Expliciunt Constitutiones Marchiæ Anchonitanæ cum nonnullis additionibus, cura & impensis Magnificæ Cõmunitatis Fauentinæ, Per Iohãnem Mariam de Simonetis Cremonẽsem in eadem Ciuitatẽ Fauentina impressæ. Anno Dominicæ incarnationis. M.D.XXIIII. Die Decima Aprilis. Clementissimo Clementi Septimo Pont. Maximo imperante. Pontificatus sui Anno Primo.

Registrum.

A B C D E F G H

¶Quaterniones omnes, præter H qui est Duernio.

Index Constitutionum.

Index Constitutionum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Liber primus.

Liber secundus.

Liber tertius.

Liber quartus.

Liber quintus.

Liber Sextus.

Additiones nouæ.

Explicit Index Constitutionum.